

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Disputatio ... qva Indifferentismum Religionum sub Erici Friedlibi[i] persona impie defensum ad purum
Deo verbum examinatum rejiciunt**

Disputatio IV. et ultima :

Vitembergae: Gerdesius, 1702

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn891232338>

Band (Druck) Freier  Zugang 



107.

Fa-1092 (107.)

I. N. I. A!
DISPUTATIO IV.
ET VLTIMA
qva
**INDIFFERENTISMUM
RELIGIONUM,**


a Non - nemine
sub Erici Fridlibi persona impie defensum
ad purum Dei verbum examinatum
rejiciunt,

PRAESES
GOTTLIEB VVERNSDORFIUS,
Theol. D. & P. P. Extraord.

ET
RESPONDENS
JO. MARTINUS Oppelt
Dresdensis.
D. *Maji cIz IccII.*

VITEMBERGÆ,
Prelo **CHRISTIANI GERDESII**







§. I.



Iberabo fidem, quam dedi, qvæque in libello, de *Indifferentismo religionum*, examinanda restant, breviter quidem, sed studio tamen nonnulo, discutiam. Constitutum habet fanaticus demonstrare, qvemlibet in qualibet religione salvari posse. Jam, qvia deprehendit re ipsa, qvarundam, utpote *Socinistice*, atrociores errores esse, quam per qvos veram in Christum fidem concipere liceat, hinc, non quidem omnes, aliquos tamen, per conversionem abjiciendos esse submonuit. Qvod qvibus rationibus ab homine in primis Sociniano fieri, vel non fieri posse largiamur ad calcem superioris Dissertationis tradidimus. Interim ne qvis ex eo inferat, ob mutatam de Christo sententiam mutatam quoqve religionem Sectamque esse, jamqve obligatum esse Socinistam conversum, illi, cuius recepit sententiam, cœtui per approbationem Symbolorum accedere, docere nunc incipit §. 27. non esse, cur qvis id necessarium opinetur. Primo enim hominem tali ratione conversum, jamduum habere veram fidem. Nihil igitur opus esse, ut jungat sese Ecclesiæ, nulla re, præterqvam fide qvadam imaginaria & cerebrina a ceteris distincta. Tum vero nullum cœtum prorsus orthodoxum, & ab omni doctrinæ errore immunem esse, sed omnes, nunc pluribus, nunc paucioribus, infectos. Postremo, ne dari quidem Ecclesiam veram visibilem. Neminem ergo de suo ad eandem accessu

23^a
23. 37
24.
22. 36
22. 35
22. 41
22. 38
22. 42
21. 4
8. 9.
18.
17.
11. 31
41.
12. 44
14. 51
13. 31
1. 51

oportere esse sollicitum. Quemlibet enim ob cultum Numinis
commodius, & facilius deferendum accedere debere, quod ta-
men in Ecclesia contaminata & falsa praestari nequeat.

§. II. Quæ etsi cum quadam veritatis dicantur specie, tamen,
quod omnino teneatur homo de corruptelis cœtus sui in con-
scientia convictus ad alium meliora docentem, si res habeat fa-
cilitatem, accedere, cum in *Dissertat. II. §. X. p. 40. sq.* pluribus a nobis
ostensum, est, tum hoc uno confici arguento potest, quod talis
ad cœtum puriorem accessio quoddam confessionis est genus,
cujus necessitatem cum non solum insinuet scriptura *Rom. X. 10.*
sed & quodammodo agnoscat fanaticus, dum scribit: Freylich
bekennet der bekehrte Socinianer auch / wenn er darum gesraget
wird/ daß er den vorigen Christum nicht mehr heget; patet hinc,
quod ipse etiam ad cœtum meliorem transitus homini converso
sit necessarius; Nec est, quod Libertinus dicat: *Conversum jam-
dum habere fidem: stolidè igitur facturum, si ad fidem quandam
fictitiam & commentitiam velit accedere, cum omnes Sectæ non nisi
per cerebrinam fidem a se invicem distingvantur.* Male quippe,
ab adversario creditur, quasi jamdum fidem plane veram falsifi-
camque Socinista conceperit, dummodo priore mutata senten-
tia, Christum verum naturalemque Deum profiteatur. Error
quidem Sociniste superior cum vera fide consistere non pot-
est, sola tamen divinitatis Christi agnitione veritatem fidei non ex-
haurit. Scriptura inter *fundamentum, & lapidem* in fundamen-
to angularem distingvit: Illud doctrinam Apostolicam; hunc
Iesum Christum appellat *Eph. II. 20.* Ergo caput de Christo
principium quidem est in religione salutari, sed totum fidei funda-
mentum minime absolvit. Esto, quempiam agnoscere Chri-
stum esse, verum naturalemque Deum & hominem: si neget
autem *Scripturæ*, quid ea in Confessione certitudinis; si satis-
factionem Christi, quid ex eadem *commodi*; si Sacramentorum
vivæ, quid ex eadem *soluti* ad hominem redundaverit? Nam
que ut qui in uno, quod est *Legis*, peccaverit, reus est omnium,
sic qui unum, quod est *Evangelii*, leserit, omnia violavit. Fides
orthodoxa catena instar est, cuius si unum membrum rumpitur,
tota

tota rumpitur. Qvocirca si vel maxime Socinianus de persona Servatoris recte intra se sentire inceperit, nū simul ceteros errores qvos magno numero religio illa, de Spiritu Sancto & viribus humanis, de justificatione & poenitentia, aliisque capitibus, graves maximeque periculosos importat, abjecerit, qvicqvid sit de mutata in Art. de persona Christi sententia, nego veram eum habere fidem posse, nego versari in statu gratiae. Num putas Galatas Legem ceremonialem urgendo cuncta simul Christianæ doctrinæ capita impugnasse, vel etiam ipsius Christi divinitatem negasse? Non puto. Nec enim plurium ab Apostolo insimulatos fuisse legimus. Et tamen unus hic error idoneus erat, ad totum gratiae statum, & omnem salutis eripiendam Spem. *Evacuati estis a Christo*, Apostolus inquit, qvotquot ex Lege vultis justificari; *gratia excidistis Galat. V, 4.* Quid nunc de *Socinistis* dicemus, qvi hoc etiam dempto, tam multis atrocibusque laborant erroribus, ut per eorum religionem qvenquam salvari posse rectissime desperemus. Nolim hoc loco multos commemorare. Urgebo unicum. Negant illi Spiritum S. esse verum & summum Deum: negant esse personam a Patre Filioque distinctam. Jam qvi Spiritum Christi non habet, Christi non esse dicitur *Rom. VII, 9.* Qui vero Eum habituri sunt Socinistæ, qvi eum ad modum personæ subsistere prorsus insificantur ac negant? Qvisqvis invocaverit nomen Domini, h. e. Patris, Filii & Spiritus Sancti, salvus erit, *1. Cor. XII, 4.* *Rom. X, 12.* qvi autem invocabunt, in quem non crediderunt? Denique de haereticis promiscue dicitur, qvod fidei naufragium fecerint *1. Tim. I, 9.* nec uni tantum, sed omnibus, procul temperamento, haeresibus effectus *τῆς ἀπωλείας* tribuitur *2. Pet. II, 1.* Qvod si ab iis desistere jubet Apostolus, qvi non contra, sed praeter Scripturam aliquid afferunt *Rom. XVI, 17.* quanto magis ab iis, qvi plurima defendunt S. litteris manifesto contraria, animæque exitium allatura?

§. III. Ast, inquit fanaticus, *Seitæ omnes sola fide imaginaria & cerebrina a se invicem discernantur:* Quid igitur opus est, ut, qvi jamdum veram in corde fidem habet, illius gratia ad alium

23^a
23. 37
24.
22^c 36.
22^b 35.
22^a 41.
22. 34.
21. 42.
21. 4.
18.
17.
11. 31.
12. 49.
14. 51.
13. 30.

*litteraria unde
reatus!*
 sese cœtum adjungat? Er thäte ja thörlisch/ inquit, wen er/ nachdem er den Glauben schon im Herzen hat/ sich auch hernach zu dem Hirnglauben begeben wolte (denn alle Secten/ sie heissen wie sie wollen/ sofern sie sich von andern Secten unterscheiden/ geschichtē wegen des unterschiedenen Hirnglaubens) das hat er gewiß nicht nöthig sondern er bleibt in seiner Secte/ ob er gleich nicht mehr von der Secte ist/ das ist ihre Meinung nicht insgesamt billiget. Quidam qvidem in Verbis non unum mihi errorem commisisse videtur fanaticus. Quos ut ordine confutemus, relictis omnibus, quo sensu fidem h. l. & saepius alias, cum Weigelio, Thomasioque ducibus suis, cerebrinam nominet videamus. Observo igitur (*a*) cerebrinam dici a cerebro vel tanquam Subiecto, vel tanquam Principio. Nam tanquam ab Objecto fides cerebrina dici non potest, quum cerebrum non sit Objectum fidei, sed fides Objectum cerebri. Si proinde cerebrina dicitur Subiectivo sensu, tum notat fidem quatenus datur in cerebro, ceu sede intellectus, adeoque quatenus involvit notitiam non materialiter pro re cognita, sed formaliter pro conceptu, vel etiam conceptuum congerie, ipsaque adeo cognitione acceptam. Hoc sensu tolerari posset haec formula, etsi citra anypoloyias obtainere non queat, cum nulla appareat ratio, cur ab organo intellectus ac fede, cerebrinam; quam ab ipso intellectu, intellectuali dicere malimus. Qvod si vero vox principiatively capitur, tum fidem indigitat non revelaram a Deo, sed ex cogitatam in cerebro, adeoque imaginariam, confictam, & commentitiam. Hanc in sententiam a Weigelio, Thomasio ceterisque temporum nostrorum fanaticis usurpari cur credam causas habeo. Nam & contumeliae causa sic nominant, & fidei veræ manifesto opponunt, & sic ubi loquuntur securius, fidem dogmaticam totamque illius analogiam næniorum commentorumque congeriem appellare non dubitant. Conf. Dissert. II. §. II. si placet. Interim (*G*) hac ratione committitur denuo illa jam superius notata, sed pueris vix condonanda fidei Subjectiva & Objectiva confusio. Etenim disputat de fide cordis, quam veram ipse nominat, quamque

que *Subjectivam* esse, & fidem, quæ credit, liquet. Huic nihilominus opponit *cerebrinam* h. e. formulis humanis, Symbolicisqve expressam, adeoqve illius saltem opinione, fictitiam: quam tamen ad *Objectivam* referri oportere, me non monente, constat. Ubi enim fides cerebrina *principiative* sumitur ad *Objectivam*, seu fidem quæ creditur, & *dogmaticam*. Sin *Subjective*, ad fidem quæ credit, formaliterqve spectataam pertinet. Sed (γ) nec ille a nobis est omittendus error, quod per solam illam, ut vocat, *cerebrinam* fidem Sectas omnes a se distingvi existimat. Non negamus eas per fidem *dogmaticam* & *Objectivam* distingvi: per hanc *solam* quod distingvantur, negamus. Namque & per fidem, quæ datur in mente ac corde, ac inde resultantia *opera charitatis* easdem distingvi novimus. Qualis enim *doctrina*, talis *notitia*, talis hinc oriunda *fiducia*, talis *charitas*. Hæc enim ex fide fides ex notitia, notitia ex doctrina, propullat. Quæ proinde si falsa, & in capitalibus corrupta fuerit, tum nec fides vera nec charitas subseqvi possunt. Rechte aliquando Dn. D. Spenerus wieder den Unfug/ c. IV. n. 10. p. 205. Niemand kan zur wahren Gottseligkeit und heiligen Leben antreiben/ der nicht erst den Grund des wahren seligmachenden Glaubens NB. nach allen seinen Grundstücken geleget hat. Den NB. welche Heiligkeit nicht aus solchen Glauben gehet/ ist nicht vom Heiligen Geist noch aus der Wiedergeburth/ daher NB. in der That nur Heucheler. Also muß diese Grundfeste stehen bleiben und nicht einmaht wancken. Quia proinde, *charitas*, *fiducia*, & *notitia* ipsius fidei *dogmaticæ* naturam imitantur, ita ut prout hæc vera vel falsa fuerit, illa quoqve vel solida sint & sincera, vel hypocritica, falsa, & spuria: & vero vera fides *dogmatica*, ut una in se est, non nisi una in Secta dari potest, in reliquis, falsa; seqvitur etiam non nisi penes unam Sectam, veram solidamqve charitatem, fiduciam & cognitionem rerum divinarum quæri oportere, ceterisque adeo & Sectas non modo doctrina & Symbolis ac fide cerebrina, quam vocat; sed & ipsius fiduciae & charitatis indole distingvi. Interim quum salvandi hominis plurimum inter-

sit

23^a
23. 37
24.
22^a 36.
22^b 35.
22. 41.
22. 34.
22. 42.
21. 4
89.
18.
17.
11. 31
12. 49.
14.
13. 39
1.



sit nosse, qvomodo recte credere, sancteque vivere debeat,
certe res ipsa postulet, eum ut investiget accedatqve cœtum,
in qvo per puriorem, qvæ in illo proponitur, una cum Sacra-
mentis, doctrinam, sua & amplificari notitia, & intendi fiducia,
& inflammari charitas magis ac magis possit.

§. IV. Sed excipit hoc loco fanaticus 2., *nullum extare
cœtum naθōls orthodoxum: Etsi alius alio sit purior, tamen non
esse, qvi ab omni doctrine labe maculaque immunis sit: Wenn/ in-
qvit, eine Secte zu finden/ deren formul, Catechismus und Hirn-
glaube überall ohn einigen Irrthum wärē/ so möchte man noch ei-
nem bekehrten Menschen rathe/ daß er sich darzu begäbe; Allein
dergleichen ist nirgend zu finden &c. Pergit, Lutheranos hucdum
sua de orthodoxia gloriatos fuisse, sed jam multos esse, qui Reforma-
torum Religionem melius coherere, quam Lutheranam, existiment.
Non igitur esse consultum, ut quis peculiari se se addicat cœtui, also-
qui peculiarem cœtum peculiares etiam errores comitaturos esse.
Ast denuo hic supponuntur ut certa, qvæ antea fuissent pro-
banda; Omnes religiones perinde corruptas esse, nec ullam
omnis omnino maculae expertem quo argumento evicerit?
Etsi enim communis Sectarum nomine a fanaticis appellentur,
tamen non qvales audiant, aut huic illive videantur, sed qvales
in se sint, dispici debet. Ostendat, si veri conscientiam habet,
& sibi, causæque suæ confidit, fanaticus, vel unicum errorem,
qvem in doctrina committat & defendat Ecclesia Lutherana.
Extant illius Symbola, Catechismi, Systemata, eruat si potest,
errorem, ejusque nos ex Scripturis convincat. Ast ipsos ad-
versarios inter Crocius, Steinius, Durens, & qvotqvt ingenti nu-
mero suam nobis fraternitatem recusantibus obtulerunt, nos
dudum ab omni errorum suspicione, saltem in fundamento
fidei, liberarunt. Obvertis: Ipsos id Lutheranos fateri: R.
qvi, qvales, quanti? Grauerum, Taufrerum, Dannbauerum, illum
qvidem in absurdis abs. abs. Calvin. istum in disp. Apolog. c. Piscat.
hunc denique in Salve Reform. memini Reformatos non
unius absurdii, & manifestæ contradictionis & insimulassè &
convicisse. Idem qvi ex Reformatis præstare, aut ex analo-
gia*

❧ (9) ❧

gia fidei nostræ deducere potuerit, scio neminem. Et vero egregios cordatosque oportet esse Theologos, qui de præstantia Reformatæ religionis in conscientia persuasi, temporarii fortassis commodi ergo, in Lutherano cœtu manere, quam meliori se cœtui, jungere malunt. Sane quotquot sua de religione tam indigne tenuiterque statuunt, hos vel *parum* de religione *nosse*, aut *nullius* religionis *esse*, vel *Syncretistico* pacis studio indulgere crediderim.

§. V. Urget 3. visibilem Ecclesiam non esse veram, sed spuriam & falsam. Veram enim Ecclesiam esse Sponsam Iesu Christi sine macula & ruga ingressuram ad nuptias Spirituales in cœlis. Visibilem vero Ecclesiam omnium confessione esse cœtum ex piis, impiis, & hypocritis collectum. Non posse autem illam Ecclesiam esse corpus aut Sponsam Domini, cuius pleraque membra sint meretricia, & instrumenta diaboli. Cum proinde visibilis Ecclesia minime sit vera Ecclesia, non opus esse, ut ei se se jungat. Conversus: Sufficere, quod vera fide concepta invisibilis Ecclesia sit membrum: de visibili non oportere quenquam magnopere esse sollicitum. Hæc summa est §. 28. 29. 30. institutæ ab adversario disputationis. Vetus autem hic error est, & fere familiaris fanaticis. De Donatistis nil addo, quum res sit vulgo notissima. Anabaptistas idem docuisse Wigandi tradit p. 7. & 85. Quorundam referatur Zanchius T. VII. O.O. f. 75. Schwenckfeldius negavit penes Lutheranos ob multitudinem malorum esse Ecclesiam, teste Melanchthon T. III. Script. Wittenb. publ. p. 90. Consentit Weigelius P. I. Post. p. 148. Man kan nicht sagen/die Papistischen/die Zwinglichen -- sind das Reich Christi: Nein also kan man mit Warheit nicht sagen/wiewohl ein ieder Hauffe vermeint das Reich Christi zu seyn. Denn Ecclesia ist nicht cœtus visibilis in certo loco, Christi Reich ist nicht Zeigefinger in einem gewissen Volck oder Haussen &c. & in Dial. c. V. p. 66. die heil. Catholische Kirche ist nicht der Hauffe des Pabsts/ noch des Hauffe des Luthers -- noch einige Secte auf der Welt/ sondern sie ist unter allen Volckern Heyden und Sprachen eine geistliche unsichtbare Versammlung der Heiligen / und Neugebohrnen. Conf. idem c. III. p. 44. seq.
B Paria

23 ^a	31
23.	32
22 ^a	34.
22.	35.
22.	36.
22.	41.
22.	38.
22.	42.
21.	43.
21.	44.
18.	45.
17.	46.
17.	47.
11.	48.
11.	49.
12.	50.
12.	51.
12.	52.
12.	53.
12.	54.
12.	55.
12.	56.
12.	57.
12.	58.
12.	59.
12.	60.
12.	61.
12.	62.
12.	63.
12.	64.
12.	65.
12.	66.
12.	67.
12.	68.
12.	69.
12.	70.
12.	71.
12.	72.
12.	73.
12.	74.
12.	75.
12.	76.
12.	77.
12.	78.
12.	79.
12.	80.
12.	81.
12.	82.
12.	83.
12.	84.
12.	85.
12.	86.
12.	87.
12.	88.
12.	89.
12.	90.
12.	91.
12.	92.
12.	93.
12.	94.
12.	95.
12.	96.
12.	97.
12.	98.
12.	99.
12.	100.

Paria somniavit Ezech. *Meth Art. V.* docens: Dass die Christl. Kirche allbier auf Erden ohne Sünde ohne Tadel/ ohne Runkel und ohne Flecken seyn mäße/ sonst wäre es keine Kirche. Vid. *Panth. Enthus. P. I.* (von alten und neuen Wiedertäuffern) p. 75. Addatur *Colberg in Plat. P. I. cap. V. pag. 225.* E Tremulis *Lawson contra Zentgrafum num. 18. 19.* urget Ecclesiam e solis constare sanctis debere. Inter Lutheranos autem esse plurimos eosque notorios peccatores. Horum igitur cōcūm non esse veram J. C. Ecclesiam. Tam amice nimirum fanatici hoc in argumēto consiprant.

§. VI. Qvæ ipsa priusquam discutiamus, qva de causa Ecclesiam *visibilem & invisibilem* appellari putet fanaticus, paucis dispiciamus. Scilicet *Invisibilem* dici existimat, non qvia a *nemine*, sed qvia *hypocritis & impiis* videri non possit, nullam quoque externam & specialem *sectam* constitutat, nec denique *cerebrinae fidei formulis* temere delectetur. Die Kirche / inquit, wird deswegen unsichtbar genant/ weil sie theils die Heuchler/ und Gottlosen nicht sehen können/ theils auch/ weil sie keine äußerliche Secte machett und ihre Hirnglauben formuln hat. Qvæ quidem sententia non uno laborat vitio. Quid enim? num a piis videri invisibilis Ecclesia, ab impiis hypocritisqve non potest? Ideqvidem affirmare noster non dubitat §. 37. p. 40. Die Kirche/ inquit, ist sichtbar/ weil sie noch in ihren wahrhaftesten Gliedern NB. untereinander sichtbar ist/ obgleich NB. eben dieselbe sichtbare Kirche in solchen Verstande/ in einem andern Verstande zugleich die unsichtbare Kirche ist/ indem sie von den Gliedern der Secten/ (wodurch eigentlich/ und insgemein die sichtbare Kirche sonst verstanden wird) denen Hirngläubigen/ Gottlosen und Heuchlern nicht gesehen wird/ noch gesehen werden will. At vero invisibilis Ecclesia, qva talis, non modo non ab impiis, sectariis, & hypocritis, sed ne a credentibus qvidem aliis, ratione singulorum membrorum, certo infallibiliterqve cognosci potest: Nisi quis forte ad nescio qvod συμπαθείας Pietisticæ somnium, Scripturæ S. & piæ sobriæqve antiquitati ignoratum velit confugere. Eli Pontifex Max. Hannæ in precando ardorem ebrietatis interpretabatur esse-

effectum. 1. Sam. I, 14. sq. Elias e VII. piorum millibus ne unum
quidem cognovit 1. Reg. XIX, 14. 18. Nec mirum istud, qvum
talis cognitio *καρδιογνωσίας* prærogativam supponat. Qæ uti
soli Deo convenit, sic solus etiam novit, qvi sint sui 2. Tim. II, 19.
Homines veram in corde fidem non nisi ex indiciis qvibusdam
probabiliter colligunt: infallibiliter indubieqve non possunt.
Præclare hanc in rem B. Mislerus T. VIII. Disp. XVI. Giss. pag. 601.
*Quis tam est oculatus, inquit, ut in cœtu etiam angustissimo ab
externo aspectu dignoscere queat Electos, & vera Catholice Ecclesie
membra? D. Apostolus diserte facit mentionem inter Iudeum in ma-
nifesto & occulto Rom. II, 28. 29. non modo respectu hypocitarum,
sed etiam fidelium. Nos equidem lege charitatis ducti bene spera-
mus de omnibus, in externa societate constitutis, & opera externa
Christianismi edentibus, ad exemplum Apostoli 1. Pet. V, 12. interim
qui simulate, qui sine fuso credant, soli Deo καρδιογνώση patet 2.
Sam. XVI, 7. 1. Reg. VIII, 39. Jer. XVII, 10. Job. X, 14. 2. Tim. II, 19.*
Hactenus B. Mislerus. Fanaticus autem Noster 3.) peccat qvod
invisibilem Ecclesiam illam esse existimat, qvæ nullam sigillatim
Sectam constituat. Eqvidem si Sectæ nomen stylo acciperetur
Biblico, qvō Hæresin notat, Ecclesiam ab ea invisibilem alienam
esse facile daremus. Ast qvum nulla non religio, ab alia qvad-
am distincta, et si de cetero orthodoxa, secta nominetur fanatico,
liqvæ, eos demum illius judicio ad invisibilem pertinere Ec-
clesiam, qvi nulli se Religioni, coetuque addicunt, verum *neutrales*
sunt, ut loqvar cum vulgo, vel ut Latinus, *medii*. Qvod
qvam falsum sit, inde constat, qvod, qvi *omnem* religionem eo-
dem loco habet, *nullam* habet, qvum *Christianam*, hoc saltem tem-
pore, *religio non detur, nisi in Sectis*. Omnes igitur promiscue
qvi damnat, nec ullius se profitetur socium, is non obscure profa-
nam mentem, & atheismum prodit, a cuius suspicione ut vel
Fridlibum, vel Fridlibum Magistrum absolvam, ob execranda qvæ
fovent dogmata, hucdum a me ipso impetrare non potui.
Qvod autem 3.) Invisibilem Ecclesiam ab omnibus fidei cere-
brinæ formulæ alienam esse pronuntiat, in eo turpiter labitur, su-
umqve erga veritatem explanatam odium prodit, ac secum ipso
B. 2. pugnat.

23 ^a	31
23.	32
	34.
22 ^a	36.
	41.
22 ^b	35.
	42.
22 ^c	38.
	43.
22.	42.
	44.
21.	41.
	45.
18.	46.
17.	47.
16.	48.
15.	49.
14.	50.
13.	51.
12.	52.
11.	53.
10.	54.
9.	55.
8.	56.
7.	57.
6.	58.
5.	59.
4.	60.
3.	61.
2.	62.
1.	63.
1.	64.

pugnat. *Symbolis* enim in se spectatis cum nihil inesse vitii, tum multa etiam ab Ecclesia deberi in superioribus, & alias s̄epe ad nauseam usqve ostensum est. Porro ab hominibus non modo qva vitam & mores, sed doctrinam etiam & religionem corruptis recedendum esse, tam crebro studioseqve Scriptura insinuat, ut vel stolidum vel impudentem esse oporteat, illud qvi negare sustineat. Recedimus autem & declinamus per *Symbola*: Hæc igitur aspernari ac fugere ad invisibilis Ecclesiæ, vereqve fidelium characterem male retuleris. Et vero, annon supra concessit fanaticus, sectarios inter, utpote Lutheranos, Reformatos &c. dari homines pios, & ad invisibilem Ecclesiam omnino referendos? Hos autem *Symbolis*, maxime vetustioribus & Catholicis nuntium remisisse, qvo argumento eviceris? Annon *D. Lutherus, Gerhardus, Arndius*, alii, qvorum de veritate fidei, & sanctitate morum huic neminem, ne quidem fanaticos inter, subdubitate memini, Symbolorum qva veterum, qva recentiorum, ipsiusqve adeo Formulae Conc. qvæ sic vocatur, fuerunt tenacissimi, & ex iisdem de se suisqve scriptis judicium fieri postularunt? *Vid. Arnd. in pref. Veri Christi.* Vides præpostero ausu hos omnes abs Te, invisibili Ecclesiæ eximi, & ad hypocitarum ac impiorum censum remitti, qvi receperunt, juxta & approbarunt *Symbola*. Id enim qvin cum multorum vere piorum injuria, & charitatis abs Te deprædicatæ jaætura fiat, evitari non potest. Qva propter invisibilis Ecclesia dicitur, non qvia ab impiis & hypocritis videri non potest, non qvia *Symbola* averatur & fugit, non qvia omne, qvod est sectarium & discretivum rejicit, sed qvia membra illius, ratione internæ per fidem cum Christo, & inter se, communionis, sinceræqve ac ἀνυπομίτα sanctimoniac & charitatis observari a nobis in hac vita certo infallibiliterque non possunt. Nam ut eleganter *Giffenses* docent *T. VIII. Disp. p. 600.* *Quædam in Ecclesia videntur, ut homines & publicum cultu exercitium: quædam non videntur, ut fides & interior spiritus ornatus.* *Hæc opposita non sunt, sed subordinata: simul consistunt, non se invicem tollunt.* Hinc illa Ecclesiæ militantis in visibilem, & invisibilem apud nostrates distinctio. *Visibilis notat cætum hominum extrin-*

extrinsecus Christianam religionem profidentium; Invisibilis autem cœtum vere credentium, in ipso visibili vocatorum cœtu, ut B. D. Steuerus loquitur T. VIII. Giss. Disp. VII. p. 228. Add. B. Calov. in Syn. p. 680. sq.

§. VII. Quid per visibilem, & invisibilem Ecclesiam intellegat Libertinus didicimus: nunc quid de utraqve sentiat videamus. Ac *visibilem quidem Ecclesiam veram esse αποτόμως negat.* Die sichtbare Kirche/ inquit, seferne sie die sichtbare Kirche genenget wird/ und ist/ ist nicht die wahre/sondern die falsche Kirche. §. 30. conf. §. 29. Qvod quam sit ab omni non modo Scriptura, sed etiam ratione alienum omnes intelligunt. Nam a.) ipsa Ecclesia *invisibilis*, quam tamen veram esse fanaticus largitur, sub *visibili* continetur. Licet enim hæc pateat, ista vero lateat, subordinantur tamen sibi invicem, nec extra *visibilem Ecclesiam vere fidèles ordinarie sunt querendi*, monente Thummio in *Imp. Wigel. p. 192.* Hinc Deus b.) postulat, ut nos jungamus Ecclesiæ *Jes. II, 2. XI, 10,* in primis *2. Cor. VI, 14. 17.* Qvæ adhortatio inanis forret ac vana, si nulla daretur visibilis, eademqve vera Ecclesia. Imo vero c.) Christus nos ad Ecclesiam remittit *Matth. XXIX, 17.* Oportet ergo illam esse visibilem, &, qvia verum reclumqve ab illa nos expectare jubet judicium, simul veram. Denique etsi omnis Ecclesia, qva videtur, est falsa, discere hic a fanatico velim, cur David, cur alii ab ea se abstrectos fuisse tantopere sint conquesti *Psal. XLII, 2. Psal. XXXIV, 4.* Qibus in locis visibilem oportere intelligi liquet, qvoniam ab invisibili, dummodo fidem & charitatem retineamus, avelli per vim humanam non possumus. Postremo e.) qvæ Romæ, Corinthi, Ephesi, alibi, collecta Christo fuit Ecclesia, visibilis simulqve sancta & vera fuit. Hæc proinde duo una confistere non posse falso arbitratur fanaticus. Ast, inquit, *qui illa vera esse potest Ecclesia, qvæ omnium confessione, est cœtus ex piis, impiis, & hypocritis collectus, imo cuius pleraque membra spuria sunt & rejicula.* Resp. Ecclesiæ visibili multos esse admixtos impios & hypocritas, eosdemqve pro membris Ecclesiæ veræ haberi a nobis, liberaliter damus. Nec id rigidiores etiam Reformati negant, quo de *Vid. Zanch. T. VII. OO. S. 73.*

23^a
23. 37
23. 39.
22^a 36.
22^b 35.
22^c 41.
22^d 38.
22. 42.
21. 4
21. 1.
21. 1.
21. 1.
18.
17.
17.
17.
11. 31.
12. 49.
14. 51.
1. 39.

seq. it. *Sutlivius de Vera Christi Ecclesia c. Bellarm. c. II. p. 13.* alii-
 que. Causa est, qvod per visibilem Ecclesiam, stylo etiam
 Scripturæ, intelligitur generalis *Vocatorum cœtus*, qvod liqvet
 ex *I. Cor. I. 2. 2. Cor. I. 2. Gal. I. 2.* & aliis sexcentis. Qvæ *vocatio*, qvia
 non modo ad piros & fideles sed impios qvoque & hypocritas
 pertinet, hi etiam media vocationis & regenerationis, puram
 scilicet Verbi & Sacmentorum dispensationem admittere
 videntur, eandemque cum piis doctrinam & religionem, sal-
 tem qva externam professionem, & societatem, recipiunt, tum
 vero vel pietatis, & sanctimoniae, vel pœnitentiæ saltēm stu-
 dium præ se ferunt; hinc & ipsa pro veris veræ Ecclesiæ mem-
 bris *judicio nostro* habentur. *Noſtro* inquam; Hoc qvippe to-
 tum nititur *ministerio ſenſuum* extenorū *I. Sam. XVI. 7.* ha-
 betque pro norma *charitatem*, qvæ uti omnia sperat, nec qvici-
 quam ſuſpicatur ſinistri; ſic acqviſieſcit in iis, qvæ videt, expe-
 ritur, audit, nec plura ſibi ſumit, qvam ut ex ſenſibilibus, exter-
 nisqe judicium ferat, illaqve omnia pro membris veræ Ec-
 clesiæ reputet, illius qvi ſocietatem ore & gestibus profitentur.
 De occultis judicare non audet, ſed hæc omnia Deo *xapdiovw-*
zη relinqvit, qvi in extremo illo censorioque die abſtruſa pe-
 titorum humanorum aperiet, per Jefum Christum *I. Cor. IV. 5.*
 Bene hanc in ſententiam *Giffenses T. VIII. Disp. VII. n. 18. p. 222.*
Ecclesia est corpus vivum, in quo est anima & corpus. Et quidem ani-
ma ſunt interna Spiritus dona, fides, ſpes charitas &c. Corpus ſunt
 externa profectio fidei & Sacmentorum communicațio. Ex quo
 fit, ut quidam ſint de anima & corpos Ecclesia, & proinde juncti Chri-
 ſto capiti interius & exterius, & tales ſunt perfectissime de Ecclesia:
 Sunt enim quasimembra viva in corpore, qvamvis inter iſtos aliqui
 magis, aliqui minus vitam participant &c. Aliqui vero ſunt de
 corpore, & non de anima, ut qui nullam habent internam virtutem,
 & tamen ſpe aut timore aliquo profitentur fidem, & in Sacra-
 mentis communicant ſub regimine, & tales ſunt ſicut capilli, ungues aut
 mali humores in corpore humano. Obvertes: Hypocritas mem-
 bra ciferi, mirum non eſſe. Aſt noſtra in Ecclesia etiam manifeſtos
 & notorios peccatores agnosi pro membris. Respondeo: Non
 agno-

agnosci. Excipies: *Interim tolerari.* R. feramus, qvod mutare non possumus. Interesset omnino Ecclesiæ majorem nonnunquam in coercendis improbis severitatem ostendi, & de laxitate disciplinæ nostratium nonnullos aliquando conquestos fuisse memini. Qvorum autem culpæ hoc tribui debat, meum nunc non est desplicere. Id novi, & explorato novi, Ministris Ecclesiæ tribuendum non esse. Hi quippe impiis omnibus & hypocritis temporarias, juxta & æternas poenas, nisi mature resipiscant, denuntiant, saepe etiam pro concione improborum mores acrius, quam ut hi exquo animo ferre possint, castigant. Cur vero iidem non ab ipso etiam Ecclesiæ cœtu arceantur, e *Zanchio* Reformato, quam ex nostratis audire Te malim: *Non inficiamur, inquit T. VII. p. 78. multa esse viria in nostris Ecclesiis,* qvod cum maximo etiam dolore affirmamus, superbiam, avaritiam, stupram, crapulam, ebrietatem, in hospitalitatem &c. Neque magistratus admodum sunt solliciti, ut hæc vitia ab Ecclesia Christi tollantur, qvoad ejus fieri potest, sed omnes in hibant suis commodis, querunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Hæc *Zanchius*, cuius auctoritatem, hoc minus rejicere poteris, qvod Reformatorum religionem multo, quam nostram, melius cohaerere, ipse superius concessisti. Nec parum ad laxitatem disciplinæ contulerint damnatae fanaticorum hypotheses, qvorum e grege *Thomasius* negat *Principem obligatum esse, ut pro Civium suorum salute advigilet, Theodosiumque Imp. nimis liberalitatis insimulat,* qvod L. III. pr. C. de S.S. Trin. decere arbitratus sit suum imperium, subditos suos de religione commonefacere: *Principis contra officium esse docet, cavere, ne quis ob defectionem a recepta religione censura severiori notatus cœtu Ecclesiastico ejiciatur;* de Jure Princ. 6. V. p. 33. 34. it. 6. XIII. p. 150. Quæ qvidem si tam facile admitterent Magistratus ac Principes, quam audacter prescribit Thomasius, næ brevi, tempore, pro aliquaque saltem disciplina haberemus nullam. Plura non lubet addere.

§. IX. Dedi huc usque fanatico tantum, quantum salva veritate fieri potuit, *impios scilicet & hypocritas admixtos esse Ecclesiæ, judicioque nostro pro illius membris haberi.* Qvod autem hi

23. ^a	31.
23.	32.
	33.
22 ^a	36.
	37.
22 ^b	35.
	38.
22 ^c	34.
	39.
22.	40.
	41.
21.	42.
	43.
18.	44.
	45.
17.	46.
	47.
16.	48.
	49.
15.	50.
	51.
14.	52.
	53.
13.	54.
	55.
12.	56.
	57.
11.	58.
	59.
10.	60.
	61.
9.	62.
	63.
8.	64.
	65.
7.	66.
	67.
6.	68.
	69.
5.	70.
	71.
4.	72.
	73.
3.	74.
	75.
2.	76.
	77.
1.	78.
	79.

hi ipsi multitudine sua fideles vincant, & ita vincant, ut hodie Visibilis Ecclesia non nisi quædam Hypocitarum & impiorum colluvies sit habenda, (quod impudenter affirmat fanaticus §. 30. p. 32. dic. Die sichtbare Kirche d. i. der Gottlosen und Heuchler) pari liberalitate non dederim. Distingvo inter Ecclesiam corruptam & puram; hereticam & Orthodoxam. In illa pios & fideles numero vinci ab impiis & hypocritis largior ob defectum puræ dispensationis mediorum, quibus regeneratione & vera cordis pietas procuratur. In hac nego, propter efficaciam verbi, & divinarum promissionum pondus. Nam verbum nunquam reddit vacuum, sed, ad quod missum fuit, exsequitur Jes. LV. 10. Quanquam si vel maxime concederetur, impios & admixtos esse Ecclesiam, & numero vincere fideles, nondum tamen sequeretur propterea, Ecclesiam visibilem non esse veram. Etenim Ecclesia comparatur cum agro, in quo dantur Zizania, cum tritico, cui admixta sunt paleæ Matth. XIII. & tamen dicitur regnum Dei, quia scilicet, quicquid sit de impiis & hypocritis, Deus in eadem per verbum & Sacra menta, ceu instrumenta gratiae dominatur. Quæ ubi pure & procul corruptela traduntur, hominesque adeo ad gratiam invitantur, ibi veram dari Ecclesiam est in propatulo, quum ex veris legitimisque causis, iisque non impeditis, non nisi verus oriri effectus possit. Quapropter etiæ Ecclesia Corinthiaca multis laborabat hominibus improbis, incestuosis, ebriis, schismaticis, superbis; tamen ab Apostolo salutatur Ecclesia, salutatur sancta. Quid? annon supra contendit fanaticus: Charitatem esse notam vere Ecclesiam. Jam Q. Ecclesia admittit notam, eam oportet esse visibilem. Sed Ecclesia vera agnoscit notas E. Obvertes: Illam notam in membris oppido paucis visibilis Ecclesiam apparere. Respondeo verbis Theol. Giffens. T. VIII. Disp. XVI. §. 13. p. 595. Nihil integrativeness Ecclesie derogant haereses, impii & hypocrite, quam nihil decedit integratui Lunæ vel Solis per maculas adherentes, corporis perfectioni, per carcinomata & morbos. Hanc mixturam permittit quandoque Deus in exercitium piorum, vel saniorum I. Cor. X. 19.

Omnis

Omnis enim malus ideo vivit, aut ut emendetur, aut ut per eum Bonus exerceatur, ut loquitur Augustinus T. VIII. in Ps. 54. col. 525. c.
 Imo vero eo ipso, qvod admixti sunt Ecclesia mali, evincitur adhuc Ecclesiam esse, haud aliter, quam ex morbo, quo quis afficitur, hominem esse, non hominis cadaver cognoscimus, ut acute infert Lobeck. ad Aug. Conf. Disp. X. p. 221. Exceperis; Agnoscere Te quidem adesse Ecclesiam, sed non veram, non sanctam. Resp. in quocunque coetu dantur media vera & ingenua Ecclesiam colligendi, in eo coetu datur etiam Ecclesia vera & sancta, qvod supra docuimus. Qvæ de admixtis improbis objiciuntur, non obsunt. Etsi non habent sanctitatem moralem, vel spiritualem, sufficit qvod habeant sanctitatem Ecclesiasticam, & a reliqua perditorum hominum massa beneficio vocationis divinæ distincti sunt. Annon I. Cor. VII. 14. vir infidelis dicitur sanctificari per uxorem fidelem, qvia per eandem occasionem, vel jus etiam nonnullum nanciscitur spiritualem in Ecclesia sanctimoniam acqyirendi? Annon liberi alterutro saltem parente Christiano nati l. c. dicuntur sancti, sanctitate nimirum Ecclesiastica, qvia jus habent bonis in Ecclesia dispensari solitis libere utendi, veramque adeo sanctimoniam tum inhærentem, tum imputaram sibi conciliandi. Eadem impiis & hypocritis relinqenda est sanctitas, qvi & per baptismum repurgati sunt a peccatis, & a Deo in foedus gratiæ recepti, postmodum quaque illuminati, ac de mysteriis divinis instructi ad uberiorem gratiam quotidie invitantur. Conf. Mentz. T 1. 00. p. 394. sq. it. 564. seq. Cum ergo in visibili Ecclesia fideles & pii spiritualliter; impii & hypocritæ saltem Ecclesiastice sint sancti, qvo minus collectum ex iis coetum sanctam veramque Ecclesiam dicere queamus, nulla religione impedimur. Nam, qvod Ariostoteles L. IX. Eth. c. 9. recte censuit: Civitas id maxime dicitur, qvod in ea est principale.

§. IX. De visibili satis: ad invisibilem transeamus, quam ut isolam pro vera sanctaque habet, sic ejus communionem ad salutem sufficere arbitratur fanaticus: Hergegen/ inquit, die unsichtbare/ das ist/ die wahre Kirche/ weil sie aus lauter heiligen und

23 ^a	31
23.	37
	29.
22.	36.
	21.
22.	35.
	21.
22.	34.
	21.
22.	33.
	21.
22.	32.
	21.
22.	31.
	21.
22.	30.
	21.
22.	29.
	21.
22.	28.
	21.
22.	27.
	21.
22.	26.
	21.
22.	25.
	21.
22.	24.
	21.
22.	23.
	21.
22.	22.
	21.
22.	21.
	21.
22.	20.
	21.
22.	19.
	21.
22.	18.
	21.
22.	17.
	21.
22.	16.
	21.
22.	15.
	21.
22.	14.
	21.
22.	13.
	21.
22.	12.
	21.
22.	11.
	21.
22.	10.
	21.
22.	9.
	21.
22.	8.
	21.
22.	7.
	21.
22.	6.
	21.
22.	5.
	21.
22.	4.
	21.
22.	3.
	21.
22.	2.
	21.
22.	1.
	21.

und gläubigen Gliedern / oder in der Gemeinschafft der Heiligen bestehet/ d. i. daß die Gläubigen/ die in allen Secten vor der Welt verborgen liegen/ nicht in einem concept, Catechismo, systemate, Confession, oder dergleichen formul: Sondern in einem verneuerten Herzen in einem heil. Sinn in einem Bunde mit Gott/ und in einem Geiste stehen. Ac initio quidem 1.) admittimus Ecclesiam invisibilem e solis constare *credentibus*, vere que *sanc̄tis*. Monemus tamen credentes in Ecclesia *visibili* excludendos non esse, qvippe qvorum intuitu eandem præcipue veram sanctamque dici supra docuimus. Amplius 2.) & illud concedimus, hos sanctos in omnibus latere Sectis, Grammatice sumpto vocabulo, i. e. coetibus sibi oppositis & a se invicem distinguis, sic tamen, ut & pro conditione religionis magis minusve corruptæ plures paucioresve adesse, simulque ad Sectas extra Ecclesiam positas utpote Socinianam, Judaim, Turcicam extendendum non esse moneamus. Interim 3.) Invisibilis Ecclesiæ membra, vere fideles, solideque pios nullam, qvæ sensus incurrat, Sectam facere, ut cum fanatico loqvar, (siqvidem vox capiatur Grammatice,) non concesserim. Omnes enim vere fideles ab hereticis ut se distingvant, &, qvando corpore non possunt, animo saltem, Orthodoxorum coetui se jungant, necesse est, alioqvi cessaret omnis fideles inter in Spiritu & veritate communio. Conf. B. Haberkorn *Vindic. Anti-for. Disp. VII. p. 159.* Unde & 4.) contendimus eosdem omnes ac singulos, ubi, ubi sint, uno in *conceptu*, saltem qva *fundamentum fidei*, consentire debere. Qvod dum negare audet fanaticus, *profane* juxta & *divinioris* sapientiae expertem se esse prodit. Nam siue *conceptus Objectivo*, seu *formaliter* sumatur, in eodem ut consentiant fideles reqviritur. Consentiant oportet in *Objectivo*, seu *re concipienda*. Ut enim eundem omnes finem intendunt, salutem æternam; sic *omnivocab* salutis, & *res* in ea comprehensas omnes ut admittant necesse est. Eadem *facienda* spectant ad omnes: Spectant etiam *Credenda*. Hinc dabant Apostoli operam, ut *tauia* eadem loqverentur & traderent *I. Cor. XV, ii.* Timotheus jubebatur,

batur, quæ a Paulo didicerat *tāvta*, eadem communicare cum aliis *H. Tim. II, 2.* Paulus autem diras imprecatur ei, qui *aliud, quam ipse annuntiaverit*, Evangelium attulerit *Gal. I, 4.* Qvo zelo nihil fuisset opus, siquidem fideles in rebus credendis consentire non oporteret. Hoc etiam nō esset, unicuique hominum liceret *omnoplac* salutis mutare & ordinare pro lubitu. Qvod quam male cesserit Judæis Apostolus docet: *Gentes, inquit, quæ non seṭabantur justitiam, apprehenderunt justitiam, justitiam autem eam, quæ est ex fide: Contra, Israēl qui seṭabatur legem justitiae, ad Legem justitiae non pervenit. Propter quid? quia non ex fide, sed tanquam ex operibus legis justificari voluerant.* Tantum nocuit Judæis, cum gentibus in conceptu *objētivo*, de Jesu Nazareno, Messia & Servatore generis humani non convenisse. Neque vero tantum in *objētivo*, sed *formali* etiam conceptu fideles ut consentiant reqviritur. Qvod eqvidem fieri posse ac debere negant fanatici, & horum antesignanus Thomasius: Affirmat tamen scriptura. Ut enim iisdem *ea-*
dem Objēta fidei sunt *præscripta*; sic de iisdem *eosdem* quoque sibi formare *conceptus* debent. Eqvidem *Objētum unum* a multis & sub diversis *ideis & imaginibus* concipi potest. Has inter tamen vel non nisi *una* fuerit *Objēto suo conformis*, adeoque vera, vel plane *nulla*, cum *uni Objētivo* conceptui non nisi *unus* respondeat *formalis*. Qutqot proinde veritatem asseQUI cupunt, sub eodem *formali*, non quidem *qua numerum*, tamen *qua speciem*, rem apprehendere debent. Alioqui vel non nisi *unus* genuinum habebit conceptum *formalem*, vel plane *nullus*. Et vero cum *Scripturæ verba* ex intentione ac mente Spiritus S. non nisi *unum* habeant literalem sensum, eademque præterea tam clara sint & perspicua, ut vel apuero queant intelligi, quis dubitet eadem suis de *Objētis* non nisi unum eundemque conceptum *formalem* legentibus & audientibus posse instillare? Quid jam fiet de unitate fidei *Eph. IV, 5.* si pro numero capitum sententias, conceptusque fabricari licet de rebus sacris? Qvī jam inter peccata numerabitur hæreses in Ecclesia & schismata excitasse, si in uno de rebus sacris conceptu conve-

23 ^a	31
23.	32
	34.
22 ^a	36.
22.	35.
	41.
22 ^a	34.
22.	42.
	5.
21.	4.
8.	1.
	18.
17.	12.
	46.
11.	31.
	44.
12.	49.
	49.
14.	51.
	51.
1.	31.

nire nec possumus nec debemus? Intellexit perniciem fanaticæ opinionis Apostolus: hinc *I. Cor. I, 10.* *Moneo vos, inquit, fratres ut idem loquamini, nec sint inter vos schismata, sed sitis compacti, κατηγριμένοι ἐν ἔνιοι τῷ μὲν γνώμῃ in una mente, unaque sententia.* Si idem loqui debent fideles & verba sunt signa conceptum, quod illud Apostolus jussit, neglecta conceptum unitate! Num vel concipi mens una, sententia una potest, procul unitate conceptus? Sed nolo de his pluribus cum Libertino contendere: Mox enim oblitus sui Eosdem illos Sanctos ita describit, quod una mente, foedere, Spiritu continentur: *Dass sie in einem verneuerten Herzen/ in einem heiligen Sinn/ in einem Bunde mit Gott und in einem Geiste stehen:* Quæ num sine unitate conceptum in Sanctis habere locum possint sapientibus judicandum relinquo. Περὶ τοῦ haud dubie adversarii Φεῦδος est, quod veris de Deo rebusque sacris conceptibus parum aut nihil tribuit, & fidem, quæ sic vocatur, dogmaticam, seu quæ creditur, prodigiosa & execrabilis impudentia §. 8. salvificam esse negat, idemque § 44. his verbis propalam repetit: *Wir werden deswegen nicht selig/ daß wir wahre propositiones von Götlichen Geheimnissen haben.* Qvantquam denuo, nec ita multo post sibi contradicit fassus: *Dass aus der Sadduceer Lehr nichts anders als fleischliche Sicherheit/ und gotloses Leben folgen müssen.*

§. X. Dignum esse fidelibus unitatem conceptum ostensum hic usque dedi. Ut vero *conceptus* idem eadem semper *formula* exprimatur non perinde necessarium judicamus. Dummodo quis in *re ipsa* nobiscum faciat, etsi quæ modum communicandi a nobis dissentiat, Noster nihilominus reputabitur. Interim quum non solum *Eadem sentire*, sed *loqui* etiam ab Apostolo jubeamur, *formulæ* etiam in *Compendiis, Symbolis, Systematibus* expressæ, nobisque receptæ ac usitatæ hujusmodi sint, ut commodiores, aut vero propiores substitui posse merito desperemus, quid nunc opus est, qualibet accepta occasione carpere illas & impotenter exagitare? Etenim si quid est, quod in *receptis loqvendi modis* *jure merito-*
que

¶e desiderent, cur non id exprimunt fanatici, cur non commodiores suppeditant? Si jure, qvod reprehendant, non habent, cur tantos sine causa clamores crient, cur velut pietatis remoras detestantur ac damnant? Num *veritatem planam* dilucidam que proponi, & ab adversariorum infidiis *tutam* præstari fremunt? Certe si, qvo essent in nostram religionem animo Libertini, non alio constaret indicio, hoc uno fieri palam posset, qvod Ecclesiæ securitatem suam & veritati sua *propugnacula* invident, &, quantum in ipsis est, illam *exponere periculo*, hanc *te-nebris* denuo *involvere* allaborant. Interim qvia Ecclesiam uno in *conceptu*, & *conceptus signo*, vel formula loquendi convenire utile & qvodammodo necessarium est, hoc ipsum inter falsæ Ecclesiæ notas male numeratum fuit fanatico, & qvia custodienda ac conservandæ fidei interest, ut Homo conversus procul offensione ac remora mediis salutis uti fruique possit, qvod tamen beneficium Ecclesiæ visibili ac Orthodoxæ est proprium, hinc Eum, si quidem saluti suæ prospectum velit, omnino ad Eandem, si fieri possit, solenniter & palam accedere debere manifesto constat, & qvodhinc sequitur, Invisibilis Ecclesiæ membrum fuisse non sufficit.

§. XI. Ad qvod uberior declarandum solent nonnulli exemplum sanctissimi Servatoris afferre, qvi Sacris coetus Judaici publicis nulla corruptelarum in vitâ & moribus habita ratione, interfuerit freqvens, religionis societatem professus. Qvod idem cum in suo de *Krazensteinio* judicio allegasset Spenerus, in eoqve homine pertinacem sacrorum nostrorum contemptum reprehendisset, invicem reprehenditur a *Fridlibio*, qvi cultum nobis receptum eumqve publicum fictitium & Papistico-ceremoniale, einen selbst errichteten Papistisch-ceremonialischen Gottesdienst / contumeliose ac impotenter appellat. Ad allatum vero Servatoris exemplum respondet fanaticus, *Eundem Judiacam religionem* qva tales, non qva Sectariam approbasse. *Celebrasse* igitur recepta *Judeis Sacra circumcisione, paschate & aliis id genus ceremoniis usum* fuisse: Sed haec omnia ad *Judaicam religionem* præcise & abstractive sumptam, non qva Sectariam pertinere.



nere. Alioqvi Eum Phariseis, nibilo qvam Sadducæis addictiorem fuisse: utrosque potius improbase. Nullibi etiam, ut quis e Sadducæis conversus Pharisæorum se cœtui ac Sectæ immisceret jussisse. Remississe qvidem homines ad Pharisæos ac ablegasse, sed tanquam Moralium, non vivi Dei verbi Doctores. Postremo ab omni Secta abhorruisse Christum, nec ullibi eam laudasse. Illud igitur Servatoris exemplum sibi suæque sententiæ minime adversari. Etenim amplectendam esse religionem Christianam, in se & absolute spectatam, seipsum contendere, & auctorem esse: ut quis certæ alicujus Sectæ societatem profiteatur, id vero negare se necessarium. Probanda esse omnia & si quæ placeant, retinenda; Cetera Sectariis relinqui, nec de ceremoniis litterem moveri oportere. Hæc summa est institutæ a §. 31. ad 36. & amplius disputationis, cui evidebit insulsa multa & stolida sunt immista, tenuiora tamen, qvam in qvibus nostra detineri opera mereatur.

§. XII. Nos 1) generatim monemus, illam, ad qvam respondet Objectionem fanaticus, præpostere & parum prudenter hic removeri. Spenerus enim de eo disputat, utrum quis ob nonnullos in cœtu qvodom nævos, qvales sibi videbatur Krazensteinius reprehendisse in Nostro, ab eodem recedere debat, prorsusqve abstinere? Inficiatur illud Spenerus, & cum alia urget, tum ad pium Servatoris exemplum se recipit. Hoc autem loco qværitur: Num quis Conversus, utpote Socinista, incorrupto fæte cœtui, jungere & ad Ecclesiam visibilem accedere, an vero sua in Secta, pro consilio svasuqve fanatici, debeat remanere? Qvæ qvam sint diversa oppido liquet. Interim qvia ipse largitur fanaticus, §. 32. p. 34. ex eo aliqvad exemplo contra se posse probari, dummodo ostendatur, Christum & Apostolos e Judaorum Sectis aliam alii prætulisse, & ita qvidem, ut a credentibus professionem societatis hujus aut illius Sectæ exegerint §. 32. p. 34. respiciemus nonnihil ad illa tempora, & ubi prius fanatici effugia removerimus, ostendemus, Christum & Judaicam religionem reliquis, & inter ejusdem religionis Sectas aliam alii antetulisse, denique ad professionem unius præ altera fæte obligatos vel maxime credidisse. Monemus itaqve 2) Speciatim a) Sad-

Sadducæos, Phariseos, Essæos accurate loquendo non tam fuisse
tres Sectas in gente ac religione Judaica, quam *tres distinctos or-*
dines Clericorum, eandem religionem, Judaicam scilicet, profi-
tentium, quorum tamen placita pro studiis hominum diversi-
mode recipiebantur. Siqvidem Phariseorum *Doctoribus*, fere
Publicis; Sadducæorum *Politiciis*: Essæorum rigidioris discipli-
næ *studiosoribus*, probabantur. Conf. *Joseph.* L. *XIX.* *Antiqu.* c. 2.
XIII. c. 9. L. II. de B. J. c. 7. *Cuneus de Rep. Ebr.* L. II. c. 17. p. 191.
Pfeiffer. in *Crit. S.* p. 217. *Dannh.* in *Dram. Phæn.* II. p. 80. seq. *Osiander.* *Cent. I.* L. I. c. 2. Eo certe rigore, & gradu, quo *Lutherani*,
Reformati, & *Pontificii*, a se invicem non diffenserunt. Itaque si
omnino locum habere comparatio debeat, malim eos cum
Cardinalibus, *Jesuitis*, & *Monachis*, inter Pontificios, quam quidem
cum tribus maxime receptis Christianorum Religionibus
comparare. Verum, b.) esto fuisse *Sectas*? quid tum, si Christus
nullius societatem professus fuit. Ipsi ad *Sectam*, sensu Biblico,
accedendum esse negamus: ad *veram visibilemque Ecclesiam* acce-
dendum esse contendimus. Si vero Judæos inter *Sectis* omnia
infecta & contaminata fuerunt, nec adfuit cœtus purior, distin-
ctus a ceteris, eidem se Jungere Servator non potuit. Nam
quemadmodum ante Lutheri tempora frustra fuissent moniti
homines, ut ad puriorem se Jungere Ecclesiam conferrent, quum ea nul-
libi compareret; sic quando nulla penes Judæos fuit, eidem ac-
cedere nec debuit, nec potuit Servator. Vereor autem ut hæc
ad nostra tempora possint accommodari. Lutherana enim,
quæ sic distinctionis causa vocatur, religio & Ecclesia non solum
est *minus mala*, quam ceteræ, sed & simpliciter *bona*, ob tenacissi-
mam purioris verbi & sacramentorum dispensationis custo-
diam, quam haud dubie in numero plurimis veræ fidei, & infu-
catæ pietatis documenta sequuntur. Quo observato etsi jamdum
nervus incisus est iis omnibus, quæ supra multa garrulitate dispu-
tavit Fanaticus: fortius tamen urgebimus hominem, & quod
supra innuimus, ostendemus, Christum aliam religionem, Ec-
clesiamque visibilem alii: ac in visibili Ecclesia *sectam Sectæ*, sen-
tentiam fentientia, antetulisse: quo ubi desideriis suis satisfactum
viderit

23^a
23. 37
23. 24.
22. 36.
22. 25.
22. 24.
22. 23.
22. 22.
22. 21.
21. 19.
18.
17.
41.
11. 31.
12. 49.
14. 51.
1. 31.
1. 31.

viderit adversarius, tandem aliquando a veritate se deflexisse intelligat.

§. XIII. Nam quod a) religionem religioni, & Ecclesiam Ecclesiæ antetulerit, probo ex Sermone, quem Christus cum Samaritide habuit *Io. IV.* Disputabatur t. t. *Judeos* inter atque *Samaritanos* utra gens religione sit melior, tanta quidem animorum contentione, ut neutra quicquam commercii haberet cum altera, & Samaritani Judæos excipere hospitio, hi invicem ab illis vel potum aquæ petere deditarentur *Luc. IX. 52. 53. Jo. IV. 19.* Utrique ad Jacobum origines referabant, quæque huic promissa erant divinitus, ad se pertinere jactabant v. 10. Nec id Samaritani facere videbantur injuria, quum teste *Josepho L. XI. antiqu. c. 7. 8.* plurimi iis essent immisiti ingenui Patriarchæ nepotes. Si faciem habitumque utriusque religionis respicias, exiguum interfuisse discrimen existimes. Eadem utrisque credendi *norma* Scriptura, quod ex *cc. 17. 18.* non obscure colligitur: Idem *sanctitatis externe* studium: *charitatis* vero apud Samaritanos tantum, ut Israelitis ad imitandum proponi posset *Luc. X. 37.* Idem utrinque *Sabbatum*. Eadem *circumcisio*, quam veram ratamque fuisse *Augustinus* statuit *L. I. c. Crescon. c. 31.* Quod caput religionis erat, Christi utrobiusque expectabatur adventus, utriusque nati illius gloriam sibi destinatam putabant v. 25. Erat porro suum utriusque genti *Sacerdotium*, idque Leviticum: *templum* quoque & *cultus* sanctissimis ceremoniis exhibendus v. 22. Quid & consentiebant in eo, non *ubivis*, sed in *loco divinitus dedicato* cultum Numinis solenniter institui, oportere. Conf. *bine Schemit. Epist. a J. Ludolfo Anno 1688. vulgatae: Unicum* erat, quo de convenire non poterant; Quo in loco id fieri oportet, quum Samaritani promonte Garrizin Samariæ, Judæi promonte Morija Hierosolymis pugnarent. Nec deerant, quibus suam utriusque sententiam tuerentur. Judæi auctoritatem Numinis *2. Sam. VII. 34. 2. Chron. VI. 6. Ps. LXXVIII. 68.* Samaritani antiquitatem hujus instituti pro se allegabant: *Patres, nostri, dicebat femina, in hoc monte adoraverunt. v. 20.* Quod ipsum

ad

ad vetustissima tempora, ipsorumque adeo Patriarcharum etatem referri oportere *Grotius in Notis ad h. l.* non incommodo monuit. Etenim *Abraham* non procul Sicimis altare quodam extruxerat *Gen. XII, 6.7.* Hic etiam *Jacobus* cum filiis suis sacra peregerat c. *XXXIII, 18.* Eadem in agri parte ob spem in Messiam *Josephi* ossa sepulta fuerant *Jos. XXIV, 32.* *Melchisedecus* autem etiam habitaverat, si quidem *Hieronymo* credimus. Denique in vicino monte Benedictiones suas recitari Deus voluerat, *Deut. XXVII, 5. Jos. VIII, 20.* Ut adeo montis illius religio vel ipsa vetustate tueri se videretur. Qvod si *Fridlibius*, vel alius quispiam *Libertinus* ipsis vixisset temporibus, haud dubie illam de *Loco adorationis* controversiam inter sectaria, totumque illud dissidium ad Sacerdotum ambitionem cum *M. Arnaldo*, *Heresiologo* retulisset, sibiique adeo fabricatus fuisset religionem ab illa circumstantia abstractentem, solisque substantiis in nixam. Rogatus etiam, cuius religionis esset? neutrius se esse socium, & neque *Samaritanum*, neque *Judeum*; sed *Messianum*, dixisset. Quid autem tanto in dissidio Servator? Id ex colloquio liquet. Primo enim a.) *Samaritanos erroris insulat.* Nescitis, inquit, quid adoretis. Nimurum etsi bono animo & consilio operabantur sacris, cultumque dirigebant ad Deum, ad exempla etiam Patriarcharum provocabant, tamen quia Deum recte & distincte non norant, & male interpretabantur scripturas, nec habebant, cui cultum suum idonee superstruerent, fundamentum, nescire prorsus Servator pronuntiat, quem adorent; Qvod ipsum notare liceat contra fanaticum, qui p. 48. affirmare non dubitat. Wir werden deshalb nicht seelig/ daß wir NB. wahre propositiones von den Göttlichen Geheimnissen = haben/ sondern/ daß wir solche in uns verkläret finden = ob wir gleich keine so deutliche in gewisse Sätze und Bücher verfaßte Erkenntniß davon haben/ ja NB. wen unsere Erkenntniß auch gleich irrig wäre. Atqui non qualemque externae sanctimonie studium, aut bonam, ut loqui amant intentionem ad cultum Numini probandum sufficere, sed omnino veram solidamque illius, qua essentiam & voluntatem notitiam requiri,

D

ex



ex eo constat, quod h. i Christus Samaritanorum non alia de causa damnat ac rejicit, quam, quia, quem ipsi adorant nesciant. Contra vero b.) *Judeis veritatem religionis & Ecclesie tribuit.* Nos inquit, adoramus quod Icimus, ob credita nimirum τὰ λόγια τοῦ θεοῦ, ac inde hauriendam notitiam ad salutem Rom. III, 2. 2. Tim. III, 16. Hinc nox subjungit: *quia salus est ex Judeis.* Quo verbo simul c) eandem a Samaritana, vel aliorum religionibus sperari debere negat. Ut enim salutem esse ex Judeis dicit, quia, quid ipsi adorent, sciant; Sic illud de gentibus negandum esse subinnuit, quia ipsi adorent, quod nesciant. Hinc porro d.) *Judaicam religionem & cultum Samaritano tanta fiducia praesertim,* ut seipsum illius quodammodo socium profiteri non dubitet. Nos; inquit, quod adoramus, scimus. Quid ipsum manifesto docet, non subdole aut veteratorie agendum esse in iis, quae ad religionem spectant, sed cuius de veritate convicti per scripturam in conscientia sumus, hujus quoque societatem nos profiteri debere.

§. XIV. Habes, opinor, demonstratum, fanatico Christum omnino unam religionem, vel, stylo ut utar tuo, Messianae religionis sectam alteri prætulisse. Nunc illud quoque in me probandum in me recipio, inter ipsas *Judaicae religionis Sectas*, eum uni magis favisse, quam alteri, quo constet, nemini fas esse, ad illius exemplum, velut in religione neutralis ac mediis, provocare. Ac initio quidem *Phariseorum*, quam *Sadduceorum*, doctrinam melioram fuisse adverterius largitur. Negat tamen Christum quempiam e *Sadduceis* conversum ad *Phariseorum* probanda placita compulisse, vel etiam his, quam illis, adductorem fuisse. Quid autem, si alia omnia ostenderim e Scripturis? Annon Christus *Phariseos* in cathedra Mosis, velut hujus in munere legitimos successores, ordinariosque legis interpretes sedere propalam dixit Mathe. XXIII, 3. annon in controversia cum *Sadduceis* de resuscitatione mortuorum pro illis pronunciavit: annon Eosdem audire jussit, annon eorundem convivis & congressibus freqvens interfuit? Qorum nihil omnino de *Sadduceis* legitimus. In istis aliqua saltem probavit dogmata,

mata, in his nulla. Si Apostolos respicis, Paulus etiam, cum Christo dedisset fidem, Phariseorum *discipulū ap̄p̄tētātē* appellare non dubitavit *Ad. XXII, 6. Phil. III, 5. 6.* Neque vero infiior, eorundem doctrinam multis gravibusq; erroribus contaminatam fuisse. Id solum urgeo, Christum ad eorundem scholas homines alegasse, qvod scivit, in iisdem paulo meliora doceri, quam aliis. Qyanto autem magis fuisset remissurus ad ecetum, si quem scivisset, omni ex parte orthodoxum ac integrum! Obvertitur: *Laudasse Christum Phariseos, eeu sobrios moralium, & legis Mosaice, non vivi Dei Verbi doctores.* Atq; fatetur fanaticus, aliquid eos sinceri protulisse ex Lege, sic hattent was unversöftchtes eis dem Gesetz fürgetragen. §. 37. Quid igitur? Num legem vivi verbi partem negaverit? Id vero qvo jure fieri queat, ostendi mihi postulo. Aliter Paulus: *Vivus est Dei sermo Hebr. IV, 12. confer Jo. VI, 63.* a qvo ut lex removeatur divina, nulla scriptura patitur. Idem *Legis*, qvi *Evangelii* auctor est. Si *viva* lex non est, non vivum Dei verbum, mortuum qvid fuerit. Verum lex iram operatur *Rom. IV, 15.* litera occidit *2. Cor. III, 6.* Num quid occidit qvod mortuum? Tam misere nimirum hallucinantur in mysteriis explanandis fanatici. Scimus eqvidem non datam esse legem, qvæ possit vivificare *Gal. III, 12.* Sed aliud est esse *vivum*, aliud esse *vivificum*. Reddere homini in peccatis mortuo *vitam spiritualem* non potest: Interim vivum Dei verbum esse non desinit, qvod impudenter affirmat §. 37. fanaticus. Qyanquam nec illud adversario dederim, Phariseos nihil omnino de Evangelio tradidisse. Neque enim tantammodo *Mosen*, sed & *Psalmos* & *scripta Prophetica* prælegerunt, rogati qvoq; de feryatoris natalibus & persona promte, aliquando etiam commode, responderunt *Matth. II, 5. c. XXII, 41.* Dixeris: *At Christus tamen cœcos, & duces Cœcorum nominavit.* R. Cœcos dixit, non quasi oculos non habuerint, insignis qvippe notitia illis tribuitur *Rom. II, 17. Io. VII, 28.* Sed qvia sibi & aliis claudebant: damnavit, non qvod viam salutis prorsus ignorarent, sed qvod cognitam ostensamq; terere recusarint.

23^a
23. 37
23. 39.
22. 36.
22. 35.
22. 34.
22. 33.
22. 32.
22. 31.
21. 30.
21. 29.
18. 28.
17. 27.
11. 26.
11. 25.
12. 24.
12. 23.
18. 22.
13. 21.
13. 20.

§. XIV. Sic igitur Christum sectam sectae ante tulisse constat. Idem de illius discipulis proclive mihi erit ostendere. Qvoad enim duravit synagoga Judaica, hanc non modo Samaritani, sed & reliquis per orbem religionibus, ceu Israelitæ γνήσιοι Io. 1. 36. antetulerunt. Qvod ad sebras, Paulus, etiam post suum ad Christianos accessum distincturus fese a Sadduceis, Pharisæum se esse professus fuit. Abolita religione Judaica, ab Hac, & Samaritana, non modo institutis ac moribus, sed ipso etiam nomine suam distingvere statuerunt, recepto Christianorum titulo Act. XI. 26. Coortis deinceps hæresibus, quarenum feracius opinione nostra ævum Apostolicum fuit, cum ipsi recesserunt ab illis, tum alios, ut recederent, monuerunt. Qvod autem præterea ostendi sibi cupit fanaticus, qvod Apostoli unius sectæ præ altera professionem exegerint, id vero quam stolidæ sit postulatum ab eo omnes intelligunt. Hoc ipso enim qvod vitare malos, & ab iis deflectere monuerunt, simul adhærere bonis, & veritatis societatem profiteri jusserunt.

§. XV. Sic igitur desideriis est satisfactum fanatici, & qvod Christus cum Apostolis religionem religioni sectamque sectæ prætulerit, meliorum etiam partium societatem, professionemque usurpit, demonstratum. Hic autem ut alia oinnia sibi de Servatore, hujusque discipulis persuaserat; sic illius opinionis fiducia multa hinc elicit S. literis, & veræ pietatis studio inimica, ipsique atheismo aditum apertura. Præcipuum est qvod docet, hominem conversum nulli speciatim sectæ additum, sed ab omnibus, Servatoris exemplo, abstrahere, & Christianæ religionis, qua talis, non qua sectarie, socium esse optere. Ad qvod facilius discutiendum reliquias omnibus quo sensu vox sectæ & sectariorum accipi possit, videndum est. Hoc enim vel sumitur populariter & laxe, pro eo, qvod est distinctum ab aliis, coetuique cuidam proprium, eaque de causa symbolis comprehensum: vel rigorosius, & biblice, pro eo, qvod est hereticum, & capitaliter erroneum. Priori sensu nemo conversus abstrahere debet a sectariis, qvoniam alioqui tota, quam jaçtat, Christiana religio, & qvicquid ad fidei analogiam, pertinet, esset abitu-

biturum in fumum, qvum nullum sit fidei aut doctrinæ caput, qvod non sit ab hæreticis impugnatum , eaqve de causa ab Orthodoxis assertum & Symbolis comprehensum. Aut si huic occurrere periculo vellet fanaticus , necessario scribendus esset *Sectariorum catalogus*, vel index qvidam expurgatorius, qvo qvæ sint sectaria, qvæ non sectaria, & ad religionem ut sic referenda, constaret. Alioqui qvod uni videbitur *sectarium*, alteri videbitur *Christianum*, qvi tamen admittendo illud, qvod alteri erat *sectarium*, pro fanatici opinione, incipiet esse *sextarius*, desinet esse verus *Christianus*. Si autem *sectarium* capitur *rigorosius* & *Biblice*, pro eo qvod est hæreticum , tum evi- dem cuilibes salutis suæ cupido abstrahendum esse ab omni se-ctario & secta non modo largimur, sed & contendimus: At vero tunc fuerit ostendendum fanatico, religiones omnes etiam Lutheranæ esse hæreticas & falsas eaqve omnia qvibus a se invicem distingvuntur, capitaliter erronea. Qvod uti, qvoad veritati sua constabit dignitas, nunquam futurum est ; sic tali ratione abstrahere ab omni Secta, & sectario velle hinc *supervacuum*, hinc etiam *impossibile* judicamus. *Supervacuum* qvidem, intuitu religionis Lutheranæ & Orthodoxæ. Alia qvippe abstrac-*tion* intelligi h.l. non potest, qvam cuius beneficio religio Christiana ab omnibus corruptelis, admistisqve erroribus repurgetur, & in statum perfectiorem evehatur. At vero hujus generis immundities ob perpetuum cum scriptura consensem, in Lutherana religione non datur : nec alio Eam sensu admittimus esse Sectam qvam populari atqve Grammatico. Ergo ut eadem abstrahendo removeatur, nil opus est. Qvod enim jamdum in se satis perfectum est & mundum, id ut per abstrac-*tionem* demum hujusmodi reddatur, non indiget. Neqve vero putari cum fanaticis debet, qvasi pugnet religionem esse *sectariam*, sensu laxiore, & *Christianam* qva talem. Enimvero quando tempore Apostolorum eadem opponebatur *Pseudo-Apostolice*, *Nicolaitice*, *Hermogeniane* &c. annon erat Sectaria, hæreticis qvippe omnibus contradistincta; & tamen simul Christiana, qva talis, h. e. revelationi ac voluntati divinæ perpetuo

23.
23.
24.
22.
22.
22.
22.
21.
19.
18.
17.
11.
12.
14.
1.

conformis? Huic igitur γνῶσις Apostolicæ cum per omnia simili sit Nostra, nec ullo, vel ipsorum adversariorum confessione, capitali errore infecta, qvid jam opus est ab eadem abstrahere, vel eandem per abstractionem ab erroribus & impuritatibus liberare? Qvod si autem abstractio consideretur in relatione ad Sectas ὄτρως, ac sensu Biblico tales, utpote Pontificiam, Reformatam, Socinisticam &c. tum vero eandem prorsus impossibilem esse existimamus. Deme enim ab his sectaria h. e. hæretica, & erronea: tum desinent esse Sectæ, & religiones Sectariæ. Adhæc abstractio supponit eorum omnium, a quibus fieri debet, in essentialibus convenientiam. Est enim inquisitio rei formalis, in quā omnia conveniant, quæque in omnibus ejusdem ordinis sit radicata. Vid. B. Calov. in Gnostol. c. IV. p. 10. Sed vero Sectæ omnes in essentialibus differunt: Unde & religio Christiana de Orthodoxa, & hæreticis non univoco, sed equivoco prædicatur: qvī ergo per abstractionem eadem illa essentialia vel substantialia comprehendantur, cum ne quidem adsint in omnibus? Qapropter quam sibi fabricantur & fingunt religionem in abstracto, vel Christianam quatenam, fanatici, hanc male coherentium opinionum colluviem, aut verius somnum aliquod judicamus.

§. XVI. Interim mirum esse non debet, Fridlibium illa deceptum hypothesi, de Sectarum, vel distinctorum cœtuum cultu publico, & sacris solennibus contemptim admodum ac tehuiter statuisse. Etenim sectariorum omnium, adeoque pro illius opinione, etiam Lutheranorum sermonibus publicis parum tribuit, sufficere arbitratus, si rariuscule audiantur: Er hæret sie auch wohl zuweilen predigen/ oder lehren/ und wenn er etwas gutes bey ihnen findet/ das nicht zur Sectireren gehöret so brauchet er sich desselben/ aber dadurch beweist er keine Secte insfonderheit &c. Ceremonias omnes, velut humanas, traditiones rejicit, quin & usum Sacramentorum, saltem in cœtu publico, contemnit, parumque aestimat. Scilicet hæc illa pietas est, & sanctimonia singularis, qua tantopere superbunt, ac efferrunt se se fanatici, ut sub urgendi cultus interioris titulo, omnem

omnem verbi & Sacramentorum dispensationem fasidianus,
 & tantum non ex ipsa Ecclesia proscribere allaborent. *Anabaptistae*, Lutheri tempore, nescio quam conscientie teneritatem causati, ab omni templorum freqvntatione abstinebant, edito ea de re singulari libello, quo consilii sui rationem reddebat, *Arnoldo teste T. II. Hæref. L. XVI. c. 21. n. 20. f. 27.*
 Iidem celebrationem sabbathi oderant l. c. f. 281. *Schwenckfeldius Ep. LXXX. p. 936.* Allhier inquit, wolt ich gern mit den Werckstürmern reden / und von ihnen hören / ob auch NB. zum Nachtmal gehen und Predigt hören sey nöthig zur Seeligkeit? Sagen sie nein/ warumb treiben sie die Leute darzu/ und hezen die Obrigkeit darzu/ NB. die Stullen zuverjagen. Issts nicht zuerbarmen/ daß sie wieder Luther und ihre eigene Lehre eine Noth draus machen/ beweisen sie uns das/ daß sie immer schreyen/ das/ d. s. das thut/ das ist der Befehl des Herrn &c. Qva qvidem fanatici doctrina esseculum est, ut A. 1526. Baptismus & Cœna Domini prorsus a deceptis Silesiis negligenterunt, *Seckendorfus teste in Suppl. Ind. I. hisp. Luther.* Sic *Abrahamus Franckenbergius* Sacris Lutheranorum interesse & S. Cœna uti, recusabat, causatus, qvum ea postremum fuisset usus, vinum a se sumptum, & ore exceptum abiisse in aquam *Vid. Arnold. T. III. c. IX. n. 16.* In Belgio *Coornbertus* negabat fas esse, ut quis ad freqvntanda sacra publica compellatur, nec enim vinculo indigere, liber qui posse ut vere, ut *Hornbeck* auctor est. *in S. C. p. 47.* Taceo *Val. Wigelium, Phil. Zieglerum, Jac. Böhrium*, tum vero *Ezech. Methium, Stielium, Hertzbergium, Felgenhaerum*, alios qvos oinnes publicorum sacrorum profanos contemtores fuissè historiæ loqvuntur, ipsique fanatici satentur. Nostro tempore *Arnoldus*, & multi sanctuli, a Sacris publicis, usuqve in primis Cœnae, non modo huc dum per aliquot annorum spatium, qvod ipsi non diffitentur, abstinent, sed & in tantis Ecclesiæ nostræ, qvæ ipsorum persvasio est, corruptelis, aliis abstinentium esse contendunt. *Vid. Arnold. vam Secten rc. Conf. Dn. D. Schelgwr. in Wigand. p. 73. 85. 90. seq. & Dn. L. Cypriani in eruditiss. animadv. c. l. n. 11. & alias.* Tanta nimurum

23.
23.
23.
23.
22.
22.
22.
22.
21.
19.
18.
17.
16.
11.
12.
14.
13.

mirum fanaticorum in despiciendis salutis mediis conspiratio
 est. Nos opponimus invicem contraria in totius Ecclesiae in V.
 juxta & N.T. praxin. De fidelibus V. T. dictum est supra.
 In Novo Simeon & Hanna a frequentatione templi Hiero-
 solymitani laudantur *Luc. II, 27.37.* Quid & consummato jam
 sacerdotio Levitico Petrus & Johannes Apostoli hora IX.
 ascendebant in templum, non *concionaturri*, aut in frequentatio-
 nis auditorii gratiam, sed *oraturi* *Act. III, 1.* confer c. X, 3.9. Fi-
 deles οὐοθυμαδὸν orabant *Act. I, 14. IV, 24.* Paulum quoque & Si-
 lan frequentasse *proseuchas*, patet ex *Act. XVI, 16. 18.* De
 quibus Vid. *Vales. in Nor. ad Euseb. L. II. f. 28.* Sed ma-
 xime illustris locus est *Ebr. X, 25.* Ne deseratis ἐπισυναγω-
 γὴν nostrorum mutuam, ut mos est nonnullis, sed abdortemur nos in-
 vicem, hoc magis, quod videmus propinquum esse diem. Haud du-
 bie jam t.t. fuerunt nonnulli, qui singulari sanctitatis opinio-
 ne inflati publicis sibi congressibus carere posse videbantur.
 Estius ad h.l. observat, ex mente Interpretum Græcorum per-
 tinere hanc admonitionem vel ad eos, qui *metu* persecutio-
 num non audebant ejusmodi conventus adire, vel potius ad
 homines morosos & fastuosos, maxime divites, qui cum fratri-
 bus humilioris conditionis misceri dignabantur. Et sane non
 defuisse tanti supercilii homines, qui eodem cum aliis sedere lo-
 co, vel etiam cibum capere & conversari gravarentur ex *I. Cor.*
XI, 20. 21. 22. Jac. II, 2. 3. non obscure colligitur. Quem ad fa-
 stum quum sanctimoniae singularis persuasio accepisset, con-
 gressus publicos, & oratoriorum frequentationem fastidiebant.
 Memini hunc locum a *Latinis* maxime interpretibus ad de-
 sertionem totius Ecclesiae, & crimen ἀποστολας trahi, quo pa-
 tho multum conferret ad ostendendum, visibilis Ecclesiae socie-
 tatem non omnino nullius momenti esse: At illud, ναθώς ἔ-
 θος τιστιν, illam explanandi rationem vix patitur, utpote quod
 desertionis frequentiam & consuetudinem arguit, cuiusmodi
 cum ἀποστολας ratione conciliari non potest. Loquitur er-
 go de contemptu, & fastidio conventuum publicorum, qvan-
 do scilicet homines vel eminio emanent, vel raro comparent, ut
Schmi-

Schmidius explicat p. 1093. Qvod quidem improbat vehementer Apostolus, qvia per hoc impediuntur homines, ne provocare se mutuo ad charitatem, vel consolari etiam, & ad ipsam firmam accendere queant. v. 24. Qvorum omnium tantam necessitatem agnoscit, ut ob eorundem neglegentum homines in extremo, qui instet die, graves datus esse poenas subinnuat. Unde & ex eodem loco B. Schmidius suo in Commentario hæc Consecularia elicit; Turpe & Christiano homine indignum est derelinquere conventus Ecclesiasticos publicos, si modo baberi queant. Nam ejusmodi conventuum, preter alias, hæc quoque ratio est, qvod sunt quædam Confessionis publicæ species; Unde non immerito Apostolus noster Christianos ejusmodi conveniendum dicitur relictores acriter taxat, & pungit, dicens: καθὼς ἔθος τιστῶν. Imo vero subiungit: Christiani non tantum non debent deserere congregationem suam in conventibus publicis Ecclesiasticis: sed se invicem etiam studiose adhortari, ut illam non deserant. Hoc namque volunt hec Apostoli verba: εἰλλὰ παρακλήσεις; sc. vos invicem, ut ejusmodi conventus instituatis, & frequentatis. Qvam parum autem hanc Pauli adhortationem sententiamque current fanatici, est in propatulo. Audacter satis Thomasius de Jure Princ. P. I. p. 3. sive Deum respiciamus, sive hominem, nihil adesse reperimus, ex quo ratio firmiter concludere possit, Deum a nobis exigere externum cultum. M. Arnoldus in tr. von Sechten Wesen §. 3. p. 24. Es ist/ inquit, zu vermuthen/ daß nach und nach das Blat sich umbiehren/ und man nicht mehr/ wie Dr. Cypriani thut/ das Kirchengehen vor ein Kennzeichen eines Christen möchte ausgeben dürfen/ sondern der entgegen gesetzten praxi, wegen des alszuschrecklichen Tämers nirgends wiederstehen könne. Et p. 29. n. 16. post consarcinatas quasdam & detortas Nostratium de hypocritis querelas concludit, der gemeine Kirchendiensl sey nicht allein an sich selbst unnéthig/ sondern auch nach der Lutheraner heutigen praxi gar schändlich/ verderblich/ tödtlich und verdamlich. Saniores his erant veteres Christiani, qvorum e numero Tertullianus in Apol. 9. 39. Coimus, inquit, in cœtum & congregationem, ut ad Deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata

E

est.

23^a
23^b
23^c
22^a
22^b
22^c
22^d
21^a
21^b
19^a
18^a
17^a
46^a
11^a
31^a
44^a
12^a
49^a
14^a
5^a
1^a

est. Et sane, quod ille ait, fieri non potest, ut domi qv's tam bene o-
ret, quam in Ecclesia, ubi clamor multorum excitat Deum. Ete-
nim quod potissimum est, per publicam verbi & Sacram en-
torum dispensationem colligitur Christo Ecclesia, & fides vel
accenditur, vel saltem nutritur, charitas intenditur, religio
propagatur. Qvot qvot igitur a conventibus publicis vel ab-
stinent ipse, vel aliis ut abstineant, qvocunqve modo aucto-
res sunt, hi mentem Deo, & pietati infestam produnt, & toti-
us Christianismi jugulum petunt. Finge homines abstinere
ab omni congressu cultuque Numinis publico, corruet Mi-
nisterium, præcipitabitur disciplina, interibit Ecclesia: omnibus
quippe insidiis, Satanæ & mundi exposita. Recte admodum
B. Wigandus: in Anabapt. allegante Dn. D. Schelgw. in Wigand.
*p. 164. Est prorsus diabolica machinatio, externam verbi prædic-
tionem, & S. cœtus extenuare. Nam hac arte diabolus homines ex
officina Dei trahit, ut postea in vacua pectora omnis generis fan-
ticismos & deliramenta, quam liberrime infundere possit. Dum e-
xim homines sacros congressus frequentant, & unum certumque
genus doctrinæ audiunt, jungunt suas preces, & gratiarum actio-
nes, monentur de corruptelis doctrinæ & hæresibus ac norunt fun-
damenta scripture, qvibus diabolo, Pseudo-Prophetis falsisqve do-
gmatibus se possint opponere, & in ipso cœtu audientium Dei ver-
bum, utentium S. Cœna & simul nomen Domini invocantium, con-
cipiunt illi, qvi intersunt, novos & ardentes motus per Spiritum S.
&c. Hæc causa moyit veteres, ut in ofores sacrorum publi-
corum graviter animadverterent. Enstatium Episcopum Seba-
stenum, hæreticum Macedonianum, sed sanctulum, & monastices
studiosum, quod domi conventicula, seu, ut nunc audiunt collegia
pietatis, habuerat, & iis, qvi Ecclesiam & congressus pu-
blicos aversabantur, domi communicare permiserat, loco mo-
vit Gangrenis Synodus, condito in hanc sententiam Canone:
*Si quis docet, domum Dei contemptibilem esse, & conventus, qvi in
ea celebrantur, anathema sit. Nec non: Si quis extra ecclesiā
seorsim conventus celebrat, & despiciens Ecclesiam ea qv'a sunt Ec-
clesia, voluerit usurpare, non conveniente Presbytero, juxta de-
cretum**

cretum Episcopi anathema sit Vid. Socr. L. II. c. 43. f. 256. Sozom. L. III. c. 14. f. 520. Basl. Ep. 74. ad occid. Magdeb. Cent. IV. c. II. O- stand. Cent. IV. L. II. c. 23 p. 317 sq. Qvam eqvidem Synodus hoc nomine ingentis malitia arguit, qvum ipse sit pesimius, M. Arnoldus Hæres. L. IV. c. VII. n. 28. f. 183. & qvicqvad hujus fa-
ctum, Patrum erga pietatem & vitam asceticam odio, impuden-
tissima calumnia, tribuit, Eustathium autem ipsum, ceu su-
um in hæresi, & fanaticismo socium, conquisitis undique, &
longe petitis coloribus excusat; Reclamante omnino historia,
& tali methodo, qva si qvis uti voluerit, facile fuerit, vel Ca-
codæmonem ipsum contra Creatoris judicium defendere, vel
etiam in ipsius laudem Panegyricum scribere. Sufficit hujus
synodi placita, utut a paucis habitæ, in VII. Oecumenica, seu
Trullana, tanqvam verbo Dei conformia omnium suffragii ap-
probata fuisse. Sed & Christiani Magistratus & principes, ut
Cives sui, freqventes convenirent ad sacra pie & sapienter san-
ixerunt, sigillatim in Constit. Eccles. Magdeb. I. 6. §. 2, p. 19. edi-
citur: daß an allen Son- und Feiertagen alle Haß-Väter nud
Haß-Mutter nebst ihren Kindern und Gesinde sich zu der Pre-
dig vornehmlich in der Kirche unausbleiblich einstellen sollen. Conf.
omnino Minist. Quedlinb. von der wahren nothwendigkeit des Kir-
chen und Abendmahlgehns c. 3. n. 15. 16. & alias. Περὶ τὸν fanatiko-
rum ψεῦδος εἰσι, qvod spiritualia solum & interna suspiciunt,
externa vero omnia velut homine Christiano indigna asper-
nantur ac fugiunt, & propter gratiam Spiritus S. in habitantem
externis se templis facile carere posse existimant. Nos autem
uti cultum internum cum externo conjungendum esse mon-
emus, ita cum Patribus Synodi Gangrensis, domos Dei honora-
mus, & conventus, qvi in his sunt, tanqvam sanctos & utiles susci-
pimus: pietatem tamen in privatis domibus non claudimus, sed o-
mnem locum in nomine Dei edificatum, honoramus, & congregationem
in eadem Ecclesia, factam pro utilitate communi, recipimus. Qvod
ipsum ad amoliendam superiorem Arnoldi, aliorumqve calumni-
am sufficere arbitramur.

§. XVIII. Praeconio verbi publico parum adversarius tribuit: Ceremoniis autem & ritibus etiam minus. Wenn Christus hätte haben wollen/ inquit, daß in der Christlichen Religion/ so fern sie nicht Sectirisch/ gewisse Ceremonien seyn solten/ so würde sie der bekehrte Christ mit machen: Weil aber das Christus nicht gewollt/ so hat er sich auch darumb nicht zubekümmern. Qvod ad ceremonias attinet, eadem vel sunt *divinitus prescriptae*, ut Baptismus & Cœna Domini; vel ab *hominibus receptae*, ut vestes, jejunia, &c. Ille ad religionis *substantiam* pertinent, cultusqve divini partem constituunt &, qvod hinc seqvitur, æternæ felicitati conseqvendæ inserviunt: *Hæ non partem, sed signum* cultus divini sicut sunt, qvia hic a revelatione divina speciali in solidum dependet, qvod constat ex *Io. I, 18. c. IV, 21. Rom. VIII, 26. 1. Tim. VI, 26. Act. XVIII, 24. 25.* Unde & ad vitam æternam conseqvendam nil conferunt. Neque tamen hinc seqvitur hominem Christianum ad eas observandas obligatum non esse. Licet enim non sint observandæ ob *præceptum & institutionem Dei*, sunt tamen observandæ ob *bonum Ordinem in Ecclesia; & retinendum vinculum pacis*. Bene B. Hülsemannus monet in *Praelect. ad Form. Conc. Art. XIX. Sect. IV. p. 955.* *Habitus libertatis Christianæ, & immunitas ab obligatione conscientiae ad ritus, in respectu ad unam causam finalem, utpote V. Æ. conseqvendam, non infert libertatem & immunitatem a non servando, in respectu ad alias causas finales, sc. harmoniam morum, ac rituum insignis realibus, conservandam, & Ecclesiæ, in qua quis vivit, probandam suam ope rario, qvippe quam contemnere licere negat Apostolus *I. Cor. XI, 22.* Hoc egregie ostenditur a Basilio *Ep. LXIII.* patetqve ex dispositione Paulina *I. Cor. XI, ult. &c. XIV, 24.* in qua singulorum conscientias obligat ad præfentes ritus in Ecclesia particulari receptos. Cui dum se subtrahere cupiunt Novatores, ac sub tuendæ libertatis specie usitatas ceremonias infestant ac lacerant, animum ab omni charitatis & concordiae studio alienum ostendunt. Etenim ne tota quidem particularis Ecclesia, qvæ ab alia vel lege, vel consuetudine, qvoad gubernationem, ceremoniarum dependet, potest rece-*

recedere a conformitate rituum receptorum communium, nisi per peculiare aliquod scandalum urgeatur. Paulus enim, ut in omnibus a se plantatis Ecclesiis non modo dogmatum, sed rituum quoque harmonia daretur, studuit, quod ex *I. Cor. IV, 17.* cum *Hülfemann* collimus, & in recipiendis, & conservandis ritibus preferendos esse, qui pluribus & antiquioribus sint probati ex *I. Cor. XIV, 36.* in suo *ad h. l. Commentar.* demonstrat *Chrysostomus*. Qvod si ne integris quidem, utut particularibus, ceteris recedere fas est, a sua cum aliis Ecclesiis conformitate, quanto minus singulis Ecclesiæ membris, vel etiam uni alterive privato. Neque enim fieri potest, quin si illud permittatur singulis, horribilis oriatur confusio, & pacis rumpatur vinculum, Spiritusque simul laedatur unitas, cuius utriusque custodiam tantopere commendat Apostolus *Eph. IV, 3. 16. sq.* Hinc *Phil. Melanchthon* in Suis ad *Christoph. Carolovizium* bene ac sapienter: *natura, inquit, mea alienissima est ab illa Cetropica vita, quæ ignorat ordinem actionum, & odit ritus communes veluti carcere*. Horum quippe moderatrices sunt fides & charitas; scopi: *Ordo, decorum, ædificatio*. De quibus eleganter differit *B. Mentzer. T. I. OO. p. 240.* Quotquot igitur ceremoniae nec fidem nec charitatem laedunt, finesque illos attingunt, ac provehund, hos vero conservandæ pacis, ac evitandi scandali, addo etiam ostendendæ erga Ecclesiam reverentiae causa retineri debere statuimus: Cumque porro hujusmodi esse, quotquot nostris in Ecclesiis obtinent, perswasissimum habemus, hinc eosdem non temere negligendos esse concludimus.

§: XIX. De ceremoniis haec tenuis. Videamus de Sacramentis, quorum de usurpatione adeo scurriliter & abiecte fanaticus statuit, ut nihil sibi ad mysteriorum divinorum contemptum reliqui fecisse videatur. Etenim utrumque, Baptismum nimirum & Coenam Domini ad Christianam religionem, quæ talem pertinere, negare non sustinet, interim quia non adsint nostra in Ecclesia veri Christiani, nec vera Sacraenta adesse, vel etiam administrari posse, existimat. Ne-



mini etgo vertendum esse vitio, si quidem ab utroque abstineat & coetum, in quo dispensantur, non multum curet. Recito verba fanatici, ne quis forte ipsi factam a me esse injuriam opinetur. Wenn ein rechter Christ inquit, die Bibel aufschlaegt/ findet Er zwar von der Tauff und Abendmal/ jedoch/ wenn er die heutige Tauff/ und so genantes Abendmal dagegen hält/ so siehet er leicht/ dass/ weil keine rechte Christen sind/ so ist auch keine rechte Tauff und Abendmal. Lässt es ihm sein Gewissen noch zu/ dass er zum Abendmal gehet/ so bleibt Er bey seiner Secte/ und siehet nicht auff das Kazengebeiz derer Sectirer; widerspricht aber sein Gewissen/ so ist er vergnügt/ wenn er NB. nur mit dem Heil. Geiste getauft ist/ und Christus im lebendigmachenden Geist zu ihm gekommen/ mit dem er täglich das Abendmal hält/ und Christus mit ihm. §. 36. Quæ quidem manifestum Sacramentorum contemptum sapiunt, omnibus, quod supra docuimus, familiarem fanaticis. Causam quærimus? quia pro illius opinione nulli sunt amplius veri Christiani. Eandem olim interserebant causam penes Helvetios Anabaptiste, qui ex occulta quadam superbia, & Philautia aliorum vitabant consortia, in quibus humani quid superesse cernebant, ignari, quales ipsi essent, tantum, quo sanctiores alii viderentur, ut Zanchius memorat T. VII. 00. f. 77. Scilicet facerrimi homines se solos esse pios, Christianos, fideles, reliquos omnes, profanos, impios, irregenitos, Turcis & gentilibus deteriores existimant, quibuscum vel hac una de causa Sacro epulo uti non liceat, quod periculum sit, ne illorum velut contagio quodam inficiantur. Hinc famosus ille sanctulus, M. Arnoldus, vom Sectenwesen c. III. p. 34. Er könne und dürsse das gemeine Mahl in der Kirchen nicht mitmachen/ weil dieses durch Zulassung aller/ auch der abscheuligsten offenbaren Sünder/NB. nicht ein Sacrament/ oder heiliges Geheimniß/ sondern NB. gemein/ d. i. unrein/ und NB. von dem Wesen und Zweck des wahren Abendmals unterschieden ist. Quæ quidem annon intolerabilis plane superbia sit, ac vel ipius Pharisæi fastu Luc. XIII. superior, sapientibus judicandum relinqvo. Jamque deprehendo adesse tempora de quibus

bus prædictis Spiritus S. qvod in iisdem futuri sint homines
 Φίλαυτοι ἀλάζονες, ὑπεξήφανοι, βλάσφημοι, ἀσπονδοι, διάβολοι,
 προδόται, προπετεῖς, τετυφωμένοι, qui habeant speciem pietatis,
 vim vero ejus abnegent 2. T.m. III. 3. sq. Dicere autem hic
 velim, per qvod illi compererint indicium nullo in cœtu, nulla
 que in Ecclesia veros Christianos adesse. *Charitatem omnia
 sperare, omnia credere, nec temere mali quid suspicari* 1. Cor. XIII.
 7. Apostolus docet; Qva igitur fronte sustinent ipsi teterri-
 ma qvæque de integris cœtibus suspicari, qui charitatem quoti-
 die crepant, & notam verorum Christianorum esse tanto nisu
 contendunt? Posita verbi & Sacmentorum legitima dispen-
 satione, posita utriusque efficacia, & divinarum promissionum
 veritate, qvod numero plurimi non modo vocentur sed &
 illuminenter ac convertantur certissimi sumus. Sed e-
 sto, plerosque omnes in cœtu visibili vere Christianos non
 esse, qvod tamen fieri posse, ob causas non semel allegatas, for-
 tissime negamus: Num ideo Sacmenta desinent esse vera, vel
 prorsus ab iisdem fuerit abstinentendum? Id vero nemo, nisi S.
 literarum ignarus, dicere sustinuerit. *Frustrum Sacmenti ma-*
litia hominum intervertere potest, essentiam ipsam, ut Arnol-
dus putat, removere non potest. Num incredulitas homi-
 num destruet fidem Dei Rom. III. 3? Eqvidem si in aliquo cœtu
 verus dogmatum divinorum sensus, eorundemque *capitalium*,
 utpote de SS. Trinitate, vera Deitate, & humanitate Christi, de re-
 demptione meritoria, de justificatione per illam &c. a Ministris illius
 pertinaciter & palam negetur, auditores etiam cum iisdem in
 his consentiant; tum nulla Sacmenta qvoad substantiam vera in
 tali cœtu dispensari posse cum Athanasio, Augustino, & recentio-
 ribus Theologis merito statuitur. Conf. B. Luther. in Conf. de
 S. Cœna T. III. Jen. f. 511. F. C. in solida Declarat. p. 734. Calov. in
 Antapol. c. XV. p. 318. Hutter. in L. C. de Bapt. c. V. f. 672. Mentzer.
 T. II. Giff. Disp. XIV. p. 327. Feuerborn. in Fasc. II. Disp. IX. OO.
 Lat. p. 356. Haberkorn. in Disp. Antiwalenb. II. §. 30. p. 28. Qvod
 si vero sacramenta, qvoad substantiam integra retinentur, iüs-
 demque substantialibus vera fide adhæret Ecclesiæ, qvicquid sit
 de

23^a
 23. 37
 24.
 22. 36.
 22. 65.
 22. 21.
 22. 97K
 22. 2.
 21.
 19.
 18.
 17.
 16.
 11. 3.
 12. 4.
 14. 4.
 15. 5.
 16. 5.

de admixtis superstitionibus, vel etiam corruptis membrorum Ecclesiae moribus, vera sunt Sacraenta. *Instituentis* quippe vis & voluntas faciunt Sacramentum, non fides. Huc pertinent dicta Ezech. XVI. 20. 21. XXIII. 37. quibus Deus testatur, Judæos (idololatras) sibi genuisse filios, nimirum per circumcisionem. Sic tempore Christi cum circuncisio, tum pascha administrabatur ab hypocritis & indignis, nec tamen ideo Sacramentorum veritas vocata fuit in dubium. Egregie hanc in sententiam Augustinus L. VI. c. Donat. c. 44. Nonne, inquit, Sodomitæ Ethnici erant i. e. gentiles? Pejores ergo erant Judei, Matth. XI, 24. Ezech. XVI, 47. Numquid tamen ideo Sacraenta divina, quæ apud Judeos erant, talia erant, quales ipsi erant, quæ Dominus ipse quæ suscepit, & ad ea celebranda leprosos, quos mundaverat, misit &c. Hec eadem Sacraenta & in bonis hominibus illius temporis erant, & in malis pejoribus, quam sint ethnici, (quandoquidem Sodomitis in malitia pralati sunt) & tamen illa Sacraenta erant inutrisque integræ ac divina. Qvod allegatur etiam in Iure Can. c. I. qv. I. c. 37. Qvod proinde Fridlibius & in cœtu corrupto vera adesse Sacraenta inficiatur, & ab iisdem hac de causa abstinentiam esse existimat, id prorsus fanaticum est. Donatistarum hic error erat, verba sunt B. HaberkornI Disp. Antiwaldenb. I. p. 13. p. 10. qvod ex contagione malorum & pravorum antistitum ipsa Ecclesiæ Sacraenta, ceteroquin etiam juxta institutionem Christi recte administrata, in se sint irrita & vana. Unde malorum communionem vitare volentes, illa ipsa Ecclesiæ Sacraenta aversabantur, & ab illis se separabant. Sed fortiter hic urgebat adversarium Augustinus T. VII. c. Gaudent. c. 8. quum diceret: Responde, utrum malorum contagione Ecclesia perierit, vel non perierit: si perierit, Donatum quæ peperit? Eandem in sententiam dicere possumus: si periere Christiani, perit Ecclesia. Quæ igitur Arnoldum, quæ Fridlibium peperit? Hinc igitur idem Hippomensis c. 9. subnedit: Malos in Ecclesia, manifestatos & quietos Ecclesiasticis legibus damnari; a zizaniis, non de Ecclesia recedendum esse; Cyprianum a malis discessisse, dissimilitudine mormorum, non divisione Sacramentorum, a facilis eorum abhorrendo,

do, non seorsim populum colligendo, exitu spirituali, non carnali. Hec Augustinus rectissime, Pauli ipsius exemplum, consiliumque fecutus. Enimvero in Ecclesia Corinthiaca multa tetra, & horrenda vitia regnabant, stupra, incessus, contentiones, jurgia, lites, avaritia &c. Negabatur etiam resurrectio mortuorum, edebantur idolothyta, vulnerabantur infirmorum conscientiae &c. Quid vero in his talibus jus sit Apostolus? Num auctor piis fuit, ne accedant ad mensam Domini, velut impiorum, consortio contaminandi? Minime gentium. Id jubet, ut quisque seipsum probet, non alios. *I. Cor. XI. 28.* Non exigit Apostolus, Zanchius ait. *I. c. p. 80.* ut alius alium examinet, aut unusquisque totam Ecclesiam sed singuli seipsose pobent. Certe secum indigno communicare nefas esset, juberet Paulus nos circumspicere, num aliquis in cœtu sit, cuius immundicie, pollui possemus. Non autem hoc jubet, sed tantum, ut unusquisque seipsum probet. Ergo docet, minime nobis obesse, si qui indigne nobiscum, ad mensam Domini accedant. Neque vero de nihilo est, quod eodem illo loco adjicitur: *Qui indigne ederit aut biberit, judicium eavtō, sibi ipse*, non aliis, *edit aut babit v. 29.* Itaque Augustinus Noster denuo pereleganter scribit, *T. VII. c. Crescon. Grammat. L. III. c. 31.* *Etsi* videntur in Ecclesia esse Zizania: non tamen impediri debet aut fides aut charitas nostra, ut quoniam in Ecclesia Zizania esse cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus: Nobis potius NB. Laborandum est, ut frumentum esse possemus, ut, cum caperit frumentum Dominicis horreis condi, fructum pro opere nostro & labore capiamus. Hujus utinam consilium fanatici sequentur! Etsi enim usum Sacmentorum cum fide & spiritu conjungi oportere ipsi doceamus, tamen externa, quæ Deus ipse proposuit, gratiae sua vehicula & signa, sub cultus interioris titulo, despici aut contemni non debent. Vid. *Minist. Tripol. in der Warnung c. Prætor. p. 346.* & *Colberg. in Platon. P. II. 2. c. X. n. 6. p. 486. sq.* Ordinem, salvandi autoritate Numinis constitutum ne-

F

mo




mo læserit impune. Sufficere arbitratur fanaticus, si homo Conversus Spiritu S. sit baptisatus. Sed aliter censet Salvator *Io. III, 6.* *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, NB. non potest ingredi in regnum cælorum.* Qvam exceptivam sic oportere exponi: Nullus ab *apostolos*, (privative nimirum, qvi cum posset & deberet, recusat tamen & abnuit) poterit ingredi in regnum cælorum, evincit *B. Dannbauer*. ex elenco in *Pharisæos stricto Luc. VII, 30.* in *Hodos. Phan. X.* p. 995. & 1121. Porro si spiritualiter cum Christo canare sat esset, cur Christus instituit sanctissimum illud epulum, in quo corpus & sanguinem suum sub pane & vino comedendum & bibendum nobis legavit? Cur addidit tanta cum gravitate: *hoc facite*, siqvidem ore corporis edere ac bibere parum refert nostra, vel hominis relictum fuit arbitrio? Cur in tanta Ecclesiæ sue corruptela eodem consilio non usi fuerunt Corinthii? De aqua & sanguine scribit Johannes, testari ea in terra, testificatione scilicet subordinata testificationi cœlesti maxime efficaci: tum vero analoga testimonio Spiritus, cuius itidem testificatio efficax *Act. IX, 15.* c. *XXVI, 18.* *Rom. XI, 14.* *I. Cor. III, 15.* c. *IV, 1.* 20. *Cor. IV, 8.* *Gal. IV, 19.* *Eph. III, 28.* Cur igitur hæc duo præ nudis habentur ceremoniis, vel etiam contemnuntur præ Spiritu? Conf. *B. Dannbauer*. in *Mysterios. Sect. I.* *Act. IV, §. 28.* p. 97. Ipse subodoratur fanaticus Sacrorum solennium, & Sacramentorum usum omitti procul aliorum offensa, & scandalo non posse. §. 38. Qvode quidem, malam p̄daturus causam, acceptum ipse putat, non datum: sed cum ex re per se mala, ut modo tradidimus, promanet, non sumptum, sed datum est. Nervi enim & artus non modo publicorum congressuum, sed ipsius etiam religionis, sunt Sacraenta, & media, per quæ Deus ordinarie gratiam suam offert, confert, obsignat. Ab his igitur qvi abstinet, & alios, ut idem faciant, inducit is animum Deo, veræque religioni infe-

infestum prodit, viamqye ad atheismum struit. Qvod
dum plurimi Sanctorum h. t. non modo faciunt, sed &
cum horrore bonorum omnium, publicis Scriptis cum
Arnoldo defendere sustinent, patet sub fanaticismi larva
ipsum latere Cacodæmonem, transformantem fæcē in
angelum lucis, & sub hoc Schemate simplicioribus im-
ponentem. Verissime de his pronuntiavit Lutherus
wieder die himmlischen Propheten *in pref. T. III. Jen. P. 2 f. 61.*
Siehest du den Teuffel / den Feind Götlicher Ordnung?
wie Er dir mit den Worten / Geist / Geist / Geist / das Maul
auffperret / und doch dieweil beyde Brücken / Steg und Weg
Leiter und alles umbreisset / dadurch der Geist zu dir kom-
men soll / nehmlich die äusserliche Ordnung Gottes in der
leiblichen Tauffe / Zeichen / und unendlichen Wort Gottes /
und will dich lehren / nicht wie der Geist zu dir / sondern wie
du zum Geist kommen sollt ic. Videatur Idem in *Explicat. c.*
XVII. Iohannis, & in Brevi Conf. T. VIII. Jen. Rationes fanati-
corum excuslit ac diluit *B. Conr. Schlüsselburg in Stenfeld. p.*
569. Addatur *Dannh. l. c. p. 901.* Utinam vanus augur fuerit
Cornel a Lap. qui in comment. *ad 2. Cor. III. Brevi,* inquit,
videbimus *Lutheranismum, & Calvinismum consenserescere &*
emori apud multos: apud alios in atheismum abire, corun-
demque affectas fieri Politicos & Libertinos: Sed illa vipe-
rarum in schola Satanae progenies, huic ut augurio
qvodammodo fides constare videatur, effecit. Nec
enim quis potest illam religionem intra fæcē agnoscere
pro vera, cuius ipse Sacra, & Sacraenta despiciatui ha-
bet. Repte olim inferebat *Sutliius de Ecclesia c. XVI.*
p. 221. ne ipsos qvidem Pontifices Rom. religionem su-
am habere pro vera, qvod ipsi peregre abituri hostiam
consecratam, in qua tamen Christi corpus inclusum
esse doceant, cum calonibus & lixis, ceterisque aulae
impedimentis præmittant: minime id facturi, si qvidem
qvod alios doceant intra se crederent. Nunc qvum
idem *Fridibius, Arnoldus, Thomasius,* aliiqve profani Sacro-

23.
23.
24.
22.
22.
22.
22.
22.
21.
19.
18.
17.
16.
11.
12.
14.
15.
16.

rum & Sacramentorum contemptores audeant, qui B.
 & S. C. ad religionem Christianam, quia talem, referenda
 qvidem esse existimant, eorum tamen usum pertinaci-
 ter abniunt, quis credat illos intra se se, Christianæ re-
 ligioni, etiam quia tali, sincere addistos esse? Evidem
 Fridlibius hominem conversum, dummodo per con-
 scientiæ teneritatem liceat, nonnunquam Sacramentis uti,
 ea tamen in Secta, in qua versatur, & ita ut nullam contro-
 versiarum inter Sectarios, habeat rationem, existimat. At
 haec ipsa suspicionem contemptus mysteriorum *augent*
non minuunt. Cur enim per teneritatem conscientiæ Con-
 versum a re *per se licita*, debita, & salutari retrahi posse sta-
 tuit? Cur controversias de Sacramentis subnatas inter
 inanes & supervacuas refert? Cur in qualibet Secta iisdem
 uti licere putat? Annon in cœtu atrociter corrup-
 to, qualis est Socinisticus, vera non dispensari Sacra-
 menta supra evicimus. Num parum refert sub *una* quis, an
 sub *utraqve* communicet? Quanquam si vel maxime inte-
 græ, quoad substantiam, Sacraenta adfuerint, si capi-
 talibus cœtus erroribus indulgeat, Sacramentis in eodem
 uti non licet. Prohibet enim Testator eos, qui *diverso-*
rum sunt *altarium*, h. e. religionum, de *eodem pane* comedere,
 & quorum cum cœtu unum spirituale corpus fieri nec
 possumus, nec debemus, ejus omnino communionem
 profiteri, per usum Sacramentorum est nefas *1. Cor. X. 7. 18.*
21. Ut adeo vel hac una de causa publicus ad cœtum visibi-
 lem, eundemque puriorum accessus necessarij esse videatur.
 Sed jam desino, & operi colophonem impono. Re-
 stant quidem nonnulla a §. 39. ad finem usque, differ-
 entiationibus duabus, alteri *Jenensi*, alteri vero *Rostochiensi*
 opposita: Sed quum haec ipsa jamdum a veritatis stu-
 diosis erudite sobrieque discussa sint, id unum immortale

Nunen posco, ut nos in agnita veritate custodiat,
 & ab *omnifanaticismo*, & *Libertinismo* clemen-
 tissime defendat!







(II)

S. X. *...o lo finis rati nihil
orum maneat sententia, qui per Tem-
hic parva tempa ad formam templi E-
parvo Dianæ simulacro a Demetrio & o-
ex argento efficta & elaborata fuisse sta-
tem in textu nostro præcise est additum,
ne notante *Priacō*, *Διανετίμος* sumendum
em ejusmodi nugamenta ex auro quo-
imo ligno fieri consueverant, uti ex su-
aliunde satis constat.*

S. XI. *in loco quædam de templo Ephesiae Dia-
celebratissimo, ejusque structura anificio-
epositæ vi magna, donariisque eximiis di-
l a pluribus jam eruditis esset præstatum,
i habes apud Clarissimum Virum Jo. Al-
an Bibliographia antiquaria Cap. IX. §. 19.
im hic annotasse forte non ingratum erit,
pecunia, quam ex præda comparave-
d Megabyzum deposuerat, extruxisse Sci-
vum in honorem Dianæ, ad similitudi-
nus templi Ephesini. Qua de re ipsius
V. de Expeditione Cyri p. 274. sic scri-
re luet: Επεὶ δὲ ἔσυγε Ξενόφων, κατοικεῖται
, εἰσὶ τῶν Δαρειδερινίων οὐδεὶν τοῦτο τὸν
Μεγάλους θεοὺς οὐδὲ Ολυμπίαν Θεοφόρων, κατὰ τούς
Γερμίνους ἀπέθηκε. Ξενόφων δὲ λεῖψαν, χωεῖσιν ὠκεῖ-
αιειν ὁ Θεός. ἔτυχε δὲ σταύρος δῆλος τῷ χωεῖσιν
αὐτῷ ἐν Εφέσῳ δὲ τοῦτο τὸν τοῦ Εφεσίας Αργέμι-
σταμός παρερρέει, καὶ ἵχθυες δὲ ἐν ἀμφοτέροις
δὲ τῷ Σκιλετῷ χωεῖσιν καὶ θηραὶ πάντων ὄντοσσα
το. ἐπούσε δὲ καὶ ναὸς καὶ βωμὸς δέποτε τῷ ιερῷ
ὑπὲρ αἵεις διατάνων τὰ ἐπὶ τῷ ἀγρῷ ὥραῖς, θυσίας
καὶ Joh. Lewenklaius ita latine vertit:
esset in exilio Xenophon, ac jam Scilunte ha-
bitum a Lacedamonitis propter Olympiam con-
ditum*